JOSEPHI DE RUSTICIS

JURISCONSULTI CLARISSIMI

PRO FIDELISSIMA ATQUE INCLYTA

AQUILÆ CIVITATE

CONSILIA DUO

EX EJUSDEM CONSILIORUM LIBRIS NONDUM EDITIS EXCERPTA.

JOSEPHI DE RUSTICIS

EX LIBRO I. CONSILIORUM

CONSILIUM VI.

PRO FIDELISSIMA ET INCLYTA

AQUILÆ CIVITATE.

HYPOTHESIS.

AQUILÆ urbem collectare suos cives debere pro bonis in adjacentiis castrorum sitis, tanquam in territorio promiscuo, & suo proprio districtu secundum catasti ejus ordinationem. Separationemque eorundem castrorum quoad jurisdictionem tantum subintellectam uti erroneam, & in Regii Demanii dispendium factam, revocatam postmodum fuisse.

SUMMARIUM.

1 *JUdici accedenti in faciem loci, de territorio quod oculariter vidit, credendum esse.*

2 *Magistratus atque Officialis identitatem circa res publicas Civitatis, atque Comitatus, promiscuitatem inducere.*

3 *Separationem territoriorum, atque divortium, unionem, matrimoniumque præsupponere.*

4 *Unitis pluribus castris omnia quæ fuerant uniuscujusque confundi, novumque inditum nomen attendi circa territoria, juspatronatus, munerum indictionem, aliaque olim communia.*

5 *Privilegium exemplatum absque die & consule fidem*

a 2 *mini-*

minime mereri, sed sumptum de libro antiquo, & archiviali secus esse: num. 6. & 7.

8 *Disperditionem scripturarum, ex conjectura probari.*

9 *Cives pro bonis sitis in Comitatu solvere collectas in Civitate debere.*

10 *Civitati tanquam digniori, per Comitatum deferri debere.*

11 *Separatorum rationem separatam existere; Idemque in promiscuis contingere.*

12 VICEREGEM, *instar* REGIS, *facere omnia in Regno posse.*

13 REGEM *in Regno suo*, MONARCHAM *esse.*

14 *Jurisdictionis subjectum, territorium censeri.*

15 *Potestatem* REGIS *disputare, nisi de ejus voluntate, non licere.*

16 *Principem infeudantem, præjudicare velle juri tertii non intelligi.*

17 *Principis voluntatem interpretari juri conformem debere. Et pro ea etiam verba impropriari. num. 24.*

18 IMPERATOREM *mundi Dominum quo ad jurisdictionem esse, non singularium rerum proprietatem.*

19 *Pedagii jus non comprehendi in venditione prædii, cum omnibus ejus juribus inita.*

20 *Castro dato in feudum cum juribus, & pertinentiis suis, nisi de permissis a jure, vel consuetudine, non intelligi. Et num. 40.*

21 *Civitatis eversionis, interpretationem inductivam, rejici.*

22 *Castris Civitati unitis, omnia jura, & privilegia in eam transire.*

23 *Castris Civitati unitis utraque capitis diminutionem sustinere, eamque etiam ex separatione causari.*

25 *Clausulam motus proprii vitium subreptionis auferre.*

Non

Non tamen expreſſionis & falſæ cauſæ.

26 AQUILAM *Urbem fideliſſimam ſemper* ARAGONEIS *ſuis & AUSTRIACIS Regibus fuiſſe. Et num.* 35.

27 *L.* tale pactum, *cum ſua Gloſſ. ff.* de pact. *in privilegiis etiam procedere.*

28 *Mandatum generale ſecundum mentem mandantis, atque licitum, boneſtumque interpretari.*

29 *Militem in teſtando abſoluti arbitrii vi diſponere iniquum aliquid non poſſe, neque alterius jus auferre.*

30 *Mandatum generale non includere, veriſimile quod non eſt, concedentem ſpecialiter conceſſiſſe.*

31 *Derogationem jus alteri quæſitum ex diſpoſitione favorabili non tollere: Niſi de ea in derogatione mentio ſpecialis facta ſit.*

32 *Clauſulam* pro expreſſis habentes, *privilegio non derogare, de quo mentio expreſſa facta non eſt.*

33 *Conceſſionem ex defectu citationis, & cauſæ cognitionis nullam reddi.*

34 *Appellationem ſententiæ effectus extinguere.*

36 *Decretum Imperatoris perpetuo conſiſtere, de eoque dici poſſe: Semel loquutus eſt Deus.*

37 *Juriſdictionem etiam pro parte a territorio ſeparari.*

38 *Fines confuſionem caſtrorum tollere, atque regulatam rerum diſpoſitionem inducere.*

39 *Civitatis impotentiam attendi in collectarum impoſitione debere, diſtrictu atque territorio deſtitutæ.*

41 *Cataſti ſuperioris auctoritate facti vim referri, ſed remiſſive.*

DIVINO IMPLORATO PRÆSIDIO.

INSPECTO tenore privilegiorum IMP. FRIDERICI ac etiam REGIS CAROLI II., promiſcuitas Civitatis Aquilæ,

læ, ejuſque Caſtrorum negari non poteſt, ut arbitrer circa hoc, parum immorandum fore; verba etenim FRIDERICI clara ſunt ibi, *Quod dum provide ſicut unum ex pluribus ſic totum ex partibus componatur:* clarior vero ſanctio CAROLI II. eſt ibi, *Sancimus, quòd Civitas ipſa, quam in noſtro ſemper demanio & dominio reſervamus, & volumus in perpetuum remanere, tam cum hominibus, juribus & omnibus infra diſtinctis, quàm cæteris ſpectantibus ad eandem, non ſicut olim per localium diſtincta vocabula cenſeatur, vel taxetur diſtinctim in antea per noſtram Curiam in collectis ſeu præſtationibus aliis quibuſcunque, ſed hujuſmodi articulato localium ſuppreſſo vocabulo, pro ipſis omnibuſque* AQUILA *de cætero nuncupetur* AQUILÆ *denominatione dumtaxat*. Et licet plures Hiſtorici hoc idem pro certo affirment, per inſpectionem tamen oculorum in faciem loci, Domino cauſæ Commiſſario ex variis demonſtrationibus fuit oſtenſum, & certè nulla major eſt probatio, quàm ocularis inſpectio; *l. ſi irruptione, §. fin. ff. fin. regund. Azo in ſumm. ad l. Aquil.* ad compeſcendas ſiquidem plures inanes chimeras Comitatenſium petiit Urbs Aquilæ veritati innixa Domini Præſidentis acceſſum, qui in effectu vidit quàm in ingenti cecitate pars adverſa deliteſcat: Judici autem in loci faciem
1 accedenti, de territorio quod oculariter vidit credendum eſſe ſcribit *Paris de Puteo in tract. de finib. feud. tit. Fines ubi ſunt incerti, col. 2. num. 2. poſt Baldum*, quem ibi citat: circa quod probationes etiam ex atteſtationibus multorum teſtium ad inſtantiam Civitatis examinatorum ſuper 13. artic. non deficiunt, & deduci poteſt.

Primo, nam conſtat ante ſeparationem unum & eundem Capitaneum rexiſſe, gubernaſſeque Civitatem & Comitatum, unum etiam & eundem Magiſtratum publicas res adminiſtraſſe, quod certum unitatis, & promi-

2 miſcuitatis ſignum eſt, §. *illud tamen*, & §. *ſeq. auth. ut judic. ſin. quoq. ſuffrag. coll.* 2. *l. ſi gemina*, *ff. arbor. furt. cæſ. Oldrad. conſ.* 296. *De jure D. Gulielmi. col.* 1. *ante num.* 2.

Secundò, cum Comitatenſes dicant Caſtrorum ſeparatio-
3 nem, neceſſariò promiſcuitatem præſupponunt, vel unionem, ſicut qui dicit divortium præſupponit matrimonium, *l. Julianus*, *ff. de divort. & repud. l. ſi concubina*, *in princ. ff. rer. amot.* & promiſcuitatem ac unionem iſto modo per confeſſionem partis, optimè poſſe probari, voluit in citato loco *Oldrad. col. fin. num.* 4. *verſic. Secundò per confeſſionem*, & *ut dicit Andr. in cap.* 1. *num.* 1. *tit. Quib. mod. feud. amitt.* tantùm valet quòd fiat probatio per confeſſionem, quantùm per teſtes, & *in tit. de pac. ten. num.* 9. *verſic. Quia tantum*, *ex l. qui de inofficioſo*, *ff. de inoffic. teſtam. l.* 2. *C. de in jus voc. in fin.*

Tertiò, ad idem congruit celebris authoritas *Lucæ de Penn. in l. hac providentiſſima*, *col.* 2. *circ. med. num.* 8. *verſic. Quartò ex his quæritur*, *C. de quib. munerib. vel præſtationib. lib.* 10. *Pone*, inquit, REX *duo vel* PLURA CA-
4 STRA UNIVIT IN UNUM, UT *extructa fuerunt* AQUILANA CIVITAS, & *Ducalis*, *quod erit de nominibus & territoriis eorum*, *aut de iis quæ fuerunt in ipſis communia prius*, *aut de muneribus indicendis*, *aut honoribus quos prius habuerant*, *puta juriſpatronatus*, & *ſimilium? Reſpondeo*, *ſi novum nomen* REX *impoſuerit quod poteſt*, *ſupr. de rei ux. act. in princ. eo nomine vocabuntur*, & *tunc omnia*, *quæ fuerant ſingulorum caſtrorum incolis communia*, *confundentur*: Sub diſtinctione tamen de qua per eum ibi.

Et quamvis dicti Comitatenſes auſi fuerint negare atque impugnare FRIDERICI IMP. privilegium; non enim pro-
5 ducitur originale, ſed exemplum quoddam ſine die & conſule, ac etiam ſine ſigillo & ſubſcriptione, juxt. not.

per

per *Andr. in c. 1. num. 3. & 4. de probib. feud. alien. per Lothar.* Cum tamen exemplum fuerit repertum in archivio publico Civitatis, probat, licet de originali non appareat, secundùm *Innoc. in cap. 1. de procur. ubi Anton. de Butr. col. 1. in fin. Alex. num. 8. versic. Sextò fallit, & Jas. col. 2. vers. Ultra Bart. in auth. si quis in aliquo, C. de eden. ubi Dec. num. 23. & Purpur. num. 30. in fin. & est text. in auth. ad hæc. Cod. de fide instrum. & in cap. ad audientiam, estr. de præscript.*

Præsertim quia hujusmodi exemplum non est quædam scriptura disgregata, & veluti inter alias vagans dispersa, sed inventum extitit in libro antiquissimo privilegiorum Civitatis Aquilæ scriptum in pergameno, in principio libri cum miniaturis antiquis, fuitque liber per dictum Dominum Præsidentem visus & recognitus in eodem publico archivio intus capsam quatuor clavibus referatam, existentem in quadam testudine intus turrim Communis, & claves prædictæ fuerunt repertæ in alia capsa publica aliis quatuor clavibus pariter clausa, & cum dicto libro aliæ aderant scripturæ publicæ & authenticæ dictæ Civitatis, & u-
6 tique libri archiviales plenam fidem faciunt, *Alex. cons. 92.* Viso, & discusso, *col. pen. num. 6. versic. Ad confirmationem, lib. 2. Laurent. Sylvan. cons. 61.* Considerato tenore, sub *num. 30. versic. Nono corroboratur, in 2. part.* Et hæc de exemplo in archivio de plano procedunt, cum illa tria requisita concurrant. Primum, quòd archivio publico præsit officialis publicus; Secundum, quòd exemplum sit positum inter scripturas authenticas, & quæ fidem faciunt; Tertium, quòd consuetudo in contrarium non adsit, ut post *Jo: Andr.* ab eo adductum, dicit *Felyn. in dict. cap. ad audientiam, num. 11.* refert; sequitur, & declarat *Aym. Cravett.*

vett. in tract. de antiqu. tempor. in 1. *part.* §. *Quartò limitatur*, *in princ.*

Et quòd liber regiſtri repertus in archivio publico, & loco non ſuſpecto, plenam pro producente probationem faciat, etiam ſi neque diem habeat, neque con-
7 ſulem, tradit *Ludovic. Roman. conſ.* 165. *liber regiſtri productus*, *in princ.* Cumque in antiquis verſemur, eſt enim liber archivialis dictorum privilegiorum antiquiſſimus, nulli dubium eſt ipſum probare, *Franciſc. Aretin. conſ.* 36. *Caſus talis eſt*, *præſupponitur in facto*, *in* 2. *diſtinct. Raph. Cuman. conſ.* 158. *Viſis inſtrumento publico*, *col.* 2. *Dec. conſ.* 445. *In caſu ad me tranſmiſſo*, *col.* 5. *num.* 15. *verſic. Quia propter antiquitatem*, *Pariſ. conſ.* 104. *In præſenti cauſa*, *col.* 6. *num.* 55. *verſic. Et eo maximè*, *lib.* 1. Præſertim quia cum dicto libro, concordat alius liber antiquiſſimus in pergameno repertus in archivio publico Epiſcopali dictæ Civitatis, & tertius liber inventus pariter in alio archivio publico Cathedralis Eccleſiæ Sancti Maximi, inter alias ſcripturas antiquas Capituli, ad quæ loca acceſſit prædictus Dominus Cauſæ Commiſſarius, ut abſurdum ſit, hæſitari de dicto privilegio, juxtà ea quæ ſcribit *Napodan. in Conſuet. Teſtamentum. ſub num.* 20. *verſic. Item fallit in archivio Eccleſiæ.*

Quod eſt etiam regiſtratum in quodam libro vetuſtiſſimo Geſtorum FRIDERICI aliàs exiſtente penes celebratiſſimum D. Ferdinandum Fornarium olim Locumtenentem dictæ Regiæ Cameræ: Et quoniam Civitas Aquilana paſſa fuit diverſas hoſtium invaſiones, nimirùm, ſi originale privilegium fuerit deperditum; nam
8 probato ſaccommando, probatur dicti originalis amiſſio ex conjecturis, juxtà tradita ab *Afflict. deciſ.* 13. *Vertitur dubium*, *col.* 5. *ubi Cæſar Urſill. num.* 13. *verſic. Be-*

nè verum censeo, scribit hujusmodi probationem validam esse, sumpto argumento à communiter accidentibus, l. certi conditio, §. si nummos, ff. si cert. pet. l. certi juris, Cod. de judic. l. jurisgentium, §. pactorum, ff. de pactis, cum vulg.

Qua promiscuitate præsuppofita, prout ex variis publicis monumentis dilucidè deprehenditur, & signanter ex quodam alio privilegio dicti CAROLI II. de incor-
9 poratione Lapositæ cives Aquilæ debent solvere in Civitate pro bonis quæ tenent in Comitatu, ut hactenus solverunt, & circa hoc est decisio Sacri Consilii, ut per Dominum Præsidentem *Vincent. de Franchis in decis. 22. fuit in Sacro Consilio, num. 1. & 2. in 1. part.* in causa antiquæ Civitatis Amantheæ cum Castro Belmontis, quæ est fundata in promiscuitate territorii, ex doctrina *Bald. in l. 1. §. quòd si nemo, col. pen. vers. Super quinto, ibi Adde quòd libra, ff. quod cujusq. univer. nomin. & Baldum sequutus est, Soccin. Sen. cons. 129. Præstantissimi juris Interpretes, col. 1. in fin. sub num. 2. versic. Quartò hoc probatur, lib. 1.* ubi consuluit in causa Illustrissimæ, & antiquissimæ Civitatis Senarum cum castro Asciani, ut per eum; quod etiam sibi voluit *Matth. de Afflict. in tit. quæ sunt regal. in verb. Plaustrorum, col. 3. circà princ. num. 8. versic. Sed juxtà hoc capitulum occurrit mihi dubium*, licèt igitur Comitatenses olim allibrarentur in Civitate, quod fieri debuit, nam Civitati tanquàm dignio-
10 ori est deferendum per Comitatum, ut dicit *gloss. in l. Cives, C. de incol. lib. 10. in gloss. magna*, ibi vel defertur nobiliori, & tradit *Soccin. in præcitato loco, col. 2. in princ.* tamen à multis annis citrà, sicut Cives in Civitate pro bonis in Comitatu possessis, sic Comitatenses inter ipsos in Castris solverunt, juxtà

de-

decretum olim D. Hectoris Gesualdi Regii Consiliarii ac Delegati per S. Excellentiam.

Videndum modo est, numquid Civitati noceat quædam separatio de Castris, & subinde ipsorum concessio facta Militibus, sive Capitaneis IMP. CAROLI V. per olim Philibertum de Chalon Principem de Oranges PROREGEM in præsenti Regno ob assertam prætensam quandam causam in Civitate & castris, ita ut non sit amplius territorium promiscuum, sed penitus separatum: Et videretur in hoc esse affirmative primo aspectu respondendum. Nam in quibusdam instrumentis sive privilegiis Baronum, quibus Castra in feudum concessa fuerunt, clare sic dicitur; Et vult etiam ipse Illustrissimus VICEREX quòd homines ipsorum Castrorum videlicet Officiales Universitatum, qui pro tempore erunt, possint & debeant taxare illud quod jus exposcit juxtà ordinationem Regiæ Cameræ Summariæ, pro bonis quæ aliquis Civis Aquilæ teneret in ipsis castris & feudis, & quandò contigerit id fieri pro solutionibus ordinariis & extraordinariis: Adeo quòd videtur casus apertus & resolutus pro Comitatensibus. Undè enim processit datio, processit & privatio *§. non habenti, in auth. de defens. Civit. coll. 3 l. nihil tam naturale, ff. de reg. jur., Oldrad. cons. 262. in quæstione sub num. 5. ante fin.* Quamvis igitur ab Imp. FRIDERICO & REGE CAROLO II. processerit datio, & unio Castrorum, ut Civitas Aquila potentior reddita inimicis resisteret, cum defecerit & felloniam commiserit, ab eodem Regali culmine processit ex subsistenti causa privatio ac degra-

11 datio: proinde sicut antea promiscuorum, & unitorum promiscua erat ratio, ita nunc separatorum debet esse separata & ratio, & dispositio, *l. si maritus. 2. Cod. de donat. inter vir. & ux. l. de bonis, ff. de bo-*

nis, *ff. de carbon. edict. Andr. in cap.* 1. *col.* 3. *num.*7. *Qui success. ten.* & ex diversis ac separatis castris, ad Civitatem non potest aliquid inferri, respectu unionis prædictæ, *l. naturaliter* §. *nihil commune*, *l. permisceri, in princ. & in* 3. *resp. ff. de acq. poss. l. justo*, §. *non mutat. ff. de usucap. l.* 2. §. *separata*, *ff. pro empt. & l. locum*, §. *proprietarius*, *ff. de usufr.* Et in individuo facit authoritas *Pauli de Castro cons.* 307. *Videtur quòd non retineat civilitatem*, *col.* 1. *versic. Sed post emptionem*, *lib.* 2. Quòd vero id fieri potuerit per dictum Excellentissimum Dominum ProRegem evidenter con-
12 stat, nam ViceRex omnia potest, quæ Rex ipse in Regno *Andr. in cap. imperialem*, *in princip. col.* 4. *circa fin. versic. Satis videtur quod omnia transeant*, *ubi etiam Matth. de Afflict. num.* 50. *versic. Et consequenter*, *in* 21. *quæst. de probib. feud. alien. per Frideric. Paris de Puteo in tract. de reintegr. feud. tit. Vicarius general. absente Rege*, *fol.* 145. *Dominus Præsidens Sacri Consilii Vincent. de Franch. decis.* 165. *Illustris Dom. Cæsar de Avalos*, *col.* 1. *num.* 2. *versic. Quodque lib.* 1. Rex autem potest duas provincias in unam redigere, & unam in duas, *l.* 1. *Cod. de metropol. Berit. lib.* 11. *& in auth. ut judic. sine quoquo suffrag.* §. *illud*. *Andr. in cap.* 1. §. *si quis de manso*, *col. pen. sub num.* 19. *versic. In proprio facto*, *de controvers. invest.*
13 Quia in Regno suo Monarcha est, ut ibi ipse inquit, *Andr. rursus in cap.* 1. *col. fin. num.* 8. *versic. Sed certè*, *de nov. form. fidelit.* expressius in *cap. quoniam*, *col.* 2. *num.* 5. *versic. Et quidem*, *de probib. feud. alien. per Lothar. in cap.* 1. *col.* 2. *sub num.* 8. *versic. Idem de Rege Siciliæ*, *de his qui feud. dar. poss.*

Nec refert dicere, separationem prædictam debere intelligi quoad jurisdictionem tantum, non autem quoad reli-

reliqua; nam verba dictorum privilegiorum clara videntur, & in claris non egemus conjecturali interpretatione, *vulg. l. continuus*, §. *cum ita*, *in fin. ff. de verb. oblig.* Et quidem jurisdictio cohæret ipsi territorio, juxta *not. in cap.* 1. *Quid sit invest.* quinimò subjectum
14 jurisdictionis est territorium, *Bald. in l. a procuratore*, *col.* 1. *in fin. Cod. mandati.*

Sed prædictis non obstantibus, de jure firmandum & concludendum est, promiscuitatem territorii Civitatis, & Castrorum adhuc dubio procul perdurare, & licet non
15 sit de Regis potestate disputandum, est tamen permissum de ejus voluntate perquirere & indagare, ut inquit *Jo. Cæphal. cons.* 133. *Multa sunt*, *num.* 104. *lib.* 1. & defectus intentionis Principis in privilegio opponi potest, etiam si fuisset concessum motu proprio, ut traditur *in clem. si Romanus Pontifex*, *de præbend.* & per Doctores post *Jo. Andr. in cap. Si motu proprio*, *eod. tit. de præbend. in 6. Paris. cons.* 101. *Bona de quibus in præsenti*, *num.* 59. *lib.* 1. Esto enim quòd potuerit dictam separationem quo ad omnia, ut est dictum, facere, tamen non est asserendum illam fecisse respectu originalis incorporationis, ita quòd Civitas, cui ab initio suæ constructionis fuit assignatum territorium promiscuum, remaneat sine territorio, nec possit Regias functiones imponere, non enim censetur
16 Princeps in dationibus in feudum voluisse juri tertii præjudicare, *l.* 2. §. *merito*, *&* §. *si quis a Principe*, *ff. ne quid in loc. public. l. nec avus*, *Cod. de emancip. liber.* cum adductis per *Paris. cons.* 18. *Non potuit hypothecare*, *col.* 1. *num.* 3. *lib.* 1. *Paris de Puteo in dict. tract. de reintegr. feud. tit. de clausul. in assensu Regis de non alien. feud. quatern. col.* 2. *num.* 5. *versic. Tamen in contrarium*, *fol.* 144. *Alex. cons.* 35. *Viso processu*,

cessu, *col.* 2. *ante num.* 6. *lib.* 4. Et in assensu semper intelligitur clausula juribus alienis semper salvis, ut post *Andr.* scribit idem *Paris in præalleg. tract. tit. Quando deb. interven. assens. num.* 4. *versic. Et ideo semper*, *fol.* 148. *Dec. in l. milites*, *num.* 6. *Cod. de testament. milit. Andr. Alciat. in tract. de præsumption. reg.* 3. *præsumpt.* 11. *ubi num.* 10. inquit, *Quòd Princeps per simplicem concessionem, non censetur declarasse mentem suam, velle præjudicare tertio, sed magis censetur circumventus per importunitatem*. Nunc si privilegia concessa Baronibus non solum quoad jurisdictionem intelligerentur, sed etiam quoad omnimodam separationem territorii, & tollendum antiquissimam promiscuitatem, cum qua Civitas constructa fuit, esset non tantum ad præjudicium, sed desolationem ejusdem AQUILÆ Urbis, quæ careret debito sibi, ac necessario territorio, & districtu. Igitur Privilegia sunt intelligenda, quo ad translationem jurisdictionis, non
17 autem quoad reliqua. Voluntas nempe Principis talis est interpretanda, qualis esse debet, ut reddatur juri communi conformis, *Bald. in l. ex facto*, *in* 4. *not. ff. de vulg. & pupill. Jas. in l. justitia*, *col.* 2. *sub num.* 11. *versic. Moveor primò*, *ff. de justit. & jur. in l. rescripta*, *in princ.* ubi etiam *Bald. & Castrens. Cod. de precib. imper. offer.* faciunt tradita per *Antonin. Tessaur. in decis.* 15. *Possessori*, *col.* 2. *num.* 3.

Inspiciamus itaque quid velit jus commune, & certe velle videtur, quòd talis separatio, & talia privilegia sive investituræ castrorum intelligantur quoad jurisdictionem tantùm; potest enim contingere divisio respectu jurisdictionis, & adesse unitas sive promiscuitas respectu proprietatis, ut tradit *Paul. de Castr. cons.* 56. *Videtur dicendum*, *col.* 2. *num.* 2. *lib.* 2. quod patet in
18 ipso IMPERATORE, qui dicitur DOMINUS MUNDI, inquit,

quit, quantum ad jurisdictionem, *l. deprecatio*, *ff. ad l. Rod. de jact.* non tamen quantum ad proprietatem singularium rerum, imo illa pertinet ad singulares personas, *Hieronym. de Mont. de fin. regund. cap.* 14. *num.* 10. E in specie quòd contingat divisio respectu jurisdictionis, & adsit unitas respectu territorii, post *Didac. Covarr. practic. Quæst. cap. 37. n. 6. versic. Superest*, *&* *n. 7.* scribit præclarissimus Jurisconsultus, & Regius Consiliarius *D. Fabius de Anna cons. 59. Cum Universitas Sancti Manghi*, *col. 8. num. 44. versic. Et in specie ubi alios citat.* Ad quod facit notabilis doctrina *Bald. in d. l. si a procuratore*, *col. 1. versic. In contrarium videtur*, *Cod. mand.* in quæstione illius Baronis, qui vendiderat aliqua præ-
19 dia, in quibus consueverat habere quasdam domos ad colligendum pedagium, & in venditione dixerat, quòd vendebat prædia, & omnia jura, quæ ibi habebat, an videretur vendidisse jura colligendi dicta pedagia, & arguit ad partes, & dicit primo aspectu pro affirmativa, quòd jura sint translata, non enim fuerant vendita prædia tantum, sed etiam jus universum, item illud solo cohærebat, ergo erat translatum, *arg. in l. modicis*, *&* *l. si aquæ ductus*, *ff. de contrah. empt. l. quædam*, *ff. de acquir. rer. domin.* Sed contrarium concludit, quia, inquit, per talem contractum, locus iste non desinit esse de districtu, neque de pertinentiis antiquis ordinatis, licet proprietas fundorum sit translata; nihil enim habet commune proprietas fundorum cum proprietate jurisdictionis, uno ergo translato, reliquum non transfertur, facit quod not. *Innoc. in cap. cum ad sedem*, *extr. de restit. spol.* ita in proposito, quantumvis fuerit translata jurisdictio, non tamen intelligitur translatum quoddam jus districtuale, resultans ex dicti territorii, & pertinentiarum sive districtus promiscuitate. Hoc

Hoc idem, fretus authoritate prædicta Innocentii, voluit *Andr. in cap.* 1. *col.* 3. *n.* 5. *versic. Sed etiam, Quid sit*
20 *invest.* dicens, *quòd si esset datum in feudum unum castrum cum juribus, & pertinentiis sub hoc verbo Et pertinentiis, non intelligerentur nisi a jure, vel consuetudine*. Quis modo dixerit CAROLUM V. Cæsarem sensisse, ut transferretur etiam hoc jus collectandi cives, contra illam originariam & primævam incorporationem factam auctoritate FRIDERICI, & confirmatam privilegiis CAROLI II. ac etiam Reginæ JOANNÆ? certè nullus judicii rectitudine, & rationis ornamento compositus. Quomodò potuit hoc sentire, si illud nunquam verisimiliter cogitavit, nec de eo fuit unquam informatus, & propterea dicta privilegia non possunt extendi ad incogitata, arg. *l. cum Aquiliana, Cod. de transactionibus*, ut tradit *Andr. in cap.* 1. *col.* 2. *in fin. num.* 6. *qui success. teneantur. Paris de reintegr. tit. Rex simpliciter consentiens non reserv. jure suo, fol.* 144. *col.* 3. *num.* 6. iniquum ergo est perimi id, de quo cogitatum non fuit, *l. qui cum tutore, in fin. ff. de transact. l. si ex testamento, ff. de except. rei jud. Andr. in d. cap.* 1. *col. pen. ante num.* 15. *vers. Idem si ageretur, dict. tit. per quos fiat investit. & in d. cap.* 1. *col.* 2. *sub nu.* 5. *circ. med. qui success. tenen.*

Etsi GLORIOSISSIMUS IMPERATOR cogitasset de hoc, & scivisset formam sive modum quo extitit Aquilana Civitas constructa, utique verisimiliter non destruxisset tam nobile opus per alios antiquiores REGES summo magisterio ordinatum, connexum, & compactum, pro-
21 pterea talis interpretatio destructiva, & inductiva eversionis civitatis est rejicienda, ut ex *l. Titius, ff. ad Trebell. & arg. l. fin. ff. de offic. præsid. ac l. legato generaliter relicto, in fin.* 1. *respons. ff. de legat.* 1. notat

tat

tat *Oldrad. conf.* 260. *Quod unio facta, ante fin. verfic. Et talia.* Accedente, nam dicta extructio Civitatis & incorporatio cum castris, conspicitur facta ex legitima causa evidentis publicæ utilitatis, & necessitatis, ut FRIDERICUS IMPERATOR testatur, merito idem IMPERATOR CAROLUS V. dictam promiscuitatem non annihilasset, voluit namque Civitatem ipsam stare, solum concessit castra in feudum, illaque separavit, ut est dictum, quoad jurisdictionem, ex iis quæ affert ipse *Oldrad. conf.* 261. *In unione, in princ.*

Ulterius considerandum est, quod quando castra uniuntur alicui Civitati, omnia jura, & privilegia transeunt in civitatem cui uniuntur, & civitas se habet, uti ma-
22 ter, & loca subjecta uti filiæ, ut dicit *Luc. in d. leg. hac providentissima, col.* 3. *in fin. versic. Aut plura loca uniuntur, ante & post num.* 10. dum de CIVITATE AQUILANA pertractat, quod deducit *ex cap. pen. extr. quod met. cauf. & cap. recolentes, circa fin. de stat. monach.* Sed jura naturalia dirimi non possunt, §. *sed naturalia*, ibi: *Semper firma atque immutabilia permanent, instit. de jur. natur. gent. & civil. cum simil.* igitur non est dicendum, dictum Invictissimum Imperatorem voluisse tam duram separationem inducere, scilicet Civitatis & Castrorum quoad omnia originalia, & adeo connexa ut inseparabilia censeantur; idem etenim operatur fictio in casu ficto, quod veritas in casu vero, *l. qui ad certum, ff. locati*, quod patet in acceptilatione, §. *item per acceptilationem, instit. quib. mod. toll. oblig. & in l. cum ex pluribus, de acceptil. Dec. in l. singularia, col.* 3. *in princ. num.* 6. *ff. si cert. pet.*

Considerandum est etiam, quod sicut ex illa unione & incorporatione Castrorum ad Civitatem, tam Civitas,

23 quàm Castra fuerant passa capitis diminutionem, *l. liberos, in princ. ff. de capit. dimin. Lucas in d. l. hac providentissima, num.* 10. ita etiam ac multò magis ex ista separatione subsecuta, aliam capitis diminutionem passa fuerunt. Sed capitis diminutione, quæ, ut dicunt, salva Civitate accidit, publica jura non intervertuntur, publica inquam authoritate & utilitate, ut ibi *Accursius* scribit, igitur non potuit publicum jus civitati competens, collectandi cives in ipsis castris unitis bona possidentes rationabiliter interverti; Ad quod facit *text. in l. eas obligationes, d. tit.* ubi habetur, *Palam esse, capitis diminutione eas obligationes, quæ naturalem præstationem habere intelligantur, non perire, quia civilis ratio naturalia jura corrumpere non potest;* sed hoc naturale quodammodo jus censetur, ergo capitis diminutione ex asserta dura separatione corrumpi non debuit.

Et deveniendo magis puntualiter ad illam clausulam separationis, & vult etiam ipse Illustrissimus ViceRex &c. concludendum est, non obstare.

Primò videtur enim in ejus verbis Principem jus tertii reservasse, & quasi sub conditione, si juris fuerit facultatem collectandi cives Aquilanos concessisse, licetque hæc interpretatio extranea & aliquantulum aspera primo intuitu appareat, & jus collectandi pro absoluto ibi præsupponatur, sed quòd taxetur illud quod de jure, juxta ordinem Regiæ Cameræ Summariæ: Ut tamen Imperatoris voluntatem talem fuisse interprete-
24 mur, qualis esse debet, & ut juri communi conformis sit, dicta verba veniunt improprianda, & ita intelligenda, etiamsi hujusmodi interpretationem minime paterentur, *gloss. est notabilis in cap. paratus,* 23. *quæst.* 1. *in gloss.* 3. *Oldrad. cons.* 268. *Quæstio est utrum, col.* 3. *in fin. sub num.* 5. *versic. Imo quod plus est,* ubi

bi dicit, *rescripta esse æquitate confirmanda*, *licet eorum verba non patiantur:* Congruitque celebris doctrina *Bald. in cap. super eo*, *in princ. extr. de offic. deleg.* ubi dicit, *Nota mirabilem expositionem*, *quia exponitur verbum ordinem*, *idest ordinandum denuncient*, *secundum Hostiens. Quia* Papa *non vult alicui suum detrahi*, *ut l. 2. ff. de his*, *qui sunt sui vel alien. jur.* Et ne iniquum fiat Principis rescriptum, *ut d. l. ex facto*, *de vulg. & pupill. substit.* Et ne injuriarum occasio a viva lege nascatur, *ut l. meminerint*, *Cod. unde vi.*

Secundo, Comitatenses non possunt se fundare in dicta separatione, cum ex falsa causa processerit, & tanquam Castra essent propria Civitatis, quæ tamen erant de demanio, & de corona Regis, adeò quòd Imperator credens privare Civitatem Aquilam propriis castris velut devolutis, se ipsum privavit, de illis dictos Milites, & Capitaneos investiendo, quod nunc fundamentaliter ac concludenter contra dictos Barones prætendit Regius Fiscus, & causa scilicet debitæ reintegrationis in limine expeditionis reperitur, ergo separatio fuit, & est nulla, arg. ejus quod rescripsit Imperator Trajanus, *in l. cum vero*, *§. subventum*, *ff. de fideicomm. libert. Proinde*, inquit, *si libertas non debetur*, *obreptum tamen Prætori sit de libertate pronunciatumque*, *ex hoc Senatusconsulto libertas non competit*, *& ita Imperator noster cum patre suo rescripsit*. *Bart. in l. juste possidet*, *in princ. ff. de acq. poss. Curt. Jun. cons.* 118. *Præsupponitur in facto*, *col. fin. num.* 10. *versic. Ex præmissis*, & ante eum *Alex. cons. 69. In causa*, *num. 3. lib. 3. cons. 63. Stantibus his*, *col. 5. num. 18. lib. 4. cons.* 147. *Viso thæmate*, *in princ. lib. 7.* Et quam-
25 vis clausula motus proprii tollat vitium subreptionis, non tamen tollit vitium expressionis falsæ causæ, quin

 pro-

propter hanc expressionem privilegium & gratia sint nulla, & invalida, *Fælyn. in cap. ad ures, in 5. col. versic. Quartus casus, num. 9. de rescript.* & ad propositum facit, id quod colligitur *ex gloss. in l. si patronus, §. patronum, ff. ne quid in fraud. patron.* quòd si rescriptum fuerit ex falsa causa, seu ex dolo impetrantis vel petentis obtentum, & omnis clausula etiam ex certa scientia, & motu proprio, omnisque alia censetur apposita, & emanasse ex falsa causa & per dolum, nihilque operatur, sed est invalida sicut principalis concessio.

Tertiò, si afferta prætensa causa inductiva separationis fuisset vera ex parte Civitatis prout non fuit, cum Urbs AQUILA semper fidelis permanserit imo FIDELISSIMA suis REGIBUS ARAGONEIS, & AUSTRIACIS non minus fuisset vera respectu Comitatus, quod pro absoluto præsupponunt Regia privilegia investiturarum Baronibus facta de castris memoratis, ut ibi, *prædictis Majestatibus, & ipsarum Regiæ Curiæ devoluta, & devolutas*, & ibi *cum quibus omnibus per Universitatem & homines Civitatis Aquilæ tenebantur, & possidebantur*.

Cum igitur respectu affertæ causæ separationis Civitas, & Comitatus judicentur ad paria, non debent circa territorium promiscuum ad imparia judicari, & sic quòd territorium promiscuum sit Comitatus, & non Civitatis, sicque ipsa Civitas tanquam dignior, & nobilior comitatu potior judicanda non esset, ut deberet, saltem non judicetur inferior, & propterea non est credendum CAROLUM V. sensisse Civitatem in pari causa, suis juribus privare, & illa comitatensibus, alias Civitati subditis, concedere, ex qua concessione nullum commodum Regia Curia consequuta fuit, nam

Prin-

Princeps debet esse justus, & certè Imperator de hoc interrogatus ita verisimiliter respondisset, ideo debet haberi pro dispositio, *arg. l. tale pactum*, *§. final. junct.*
27 *gloss. ff. de pactis*, quam in privilegiis etiam procedere non est incertum, *cap. ex multiplici*, *junct. gloss. in verb. Intentionis*, *extr. de decim. cap. dilecti*, *& ibi etiam gloss. eod. tit. est & alia gloss. in cap. mandatum extr. de rescript.* Quicunque enim Regno, vel alio Principatu funguntur, eo ipsò debitores sunt justitiæ, nec debent reddere difficilem ipsius justitiæ assecutionem, *cap. ex tenore*, *de for. compet. Andr. in cap. quoniam*, *col. 2. sub num. 5. de probib. feud. alien. per Lothar. & in tit. Quæ sunt regal. in verb. Ad justitiam expediendam*, *in princ. ante num. 65. Gloss. Parisiens. §. 1. gloss. 5. in verb.* le fief. *num. 64. in fin. versic. Et quicunque fol. 65.* Stringitur hæc ratio considerando, quòd nec ex parte concedentis alia interpretatio desumi potest, nam IMPERATOR CAROLUS V. castra concedendo, pro se & ejus CÆSAREA MAJESTATE ac REGIA CORONA Civitatem Aquilæ retinuit in proprium demanium. Unde in pari casu, non est credendum voluisse plus tribuere Castris, quæ in feudum aliis concessit, quam Civitati nobiliori, ut est dictum, & digniori, pro ejus CATHOLICA MAJESTATE retentæ, & quam noluit alicui concedere.

Quarto congruit excellentissimum Dominum Don PETRUM DE TOLEDO alienationes prædictas castrorum in forma privilegiorum, & in feudum fecisse, tanquam generosissimum, & sapientissimum procuratorem CAROLI V. mandatumque insertum reperiri, per quod licet transtulerit authoritatem tractandi, & concludendi instrumentum & instrumenta, privilegium & privilegia super prædictis necessaria & opportuna, cum

clau-

clausulis, & securitatibus debitis ejus nomine decernendi & expediendi, & generaliter alia omnia, & singula faciendi, concordandi, & concludendi, quæ in præmissis necessaria visa fuissent, & opportuna, & quæ IMPERIALIS, ac REGIA MAJESTAS facere posset, iis si personaliter interfuisset, etiam si talia forent quæ expressam mentionem & mandatum exigerent magis speciale. Tamen hujusmodi mandatum est regulandum
28 secundùm jus commune, ita quòd non inducat aliquid quod Imperator non concessisset, nec concedere debuisset, licitum enim est interpretari mandatum ex mente mandantis, *l. si hominem*, *ff. mand. Bald. in cap. ad hæc*, *col.* 2. *num.* 9. *versic. Ibi mandaverimus*, *de postul. prælat.* Propterea istud mandatum intelligendum est de licitis, & honestis, ac sine tertii præjudicio, & quòd potuerit Marchio Villæ Franchæ facere necessaria secundum terminos venditionis, & infeudationis, non autem extranea: Ad quod facit doctrina *Ang. in leg. milites*, *col.* 1. *num.* 2. *versic. Et attende*, *Cod. de testam. milit.* quòd licet miles in testan-
29 do habeat absolutum arbitrium, & possit testari quomodò vult, & quomodò potest, tamen vi arbitrii nil iniquum disponere poterit, puta alterius jus tollendo. Et ideo dicit *text. in leg. tutor*, *ff. de rit. nupt. & in l. quanquam*, *eod. tit.* quòd licet sit data licentia tutori de maritando filiam, cui voluerit, non tamen poterit eam in uxorem tutor ducere. Et magis proprie adducitur decisio *Specul. in tit. de loc. §. nunc aliqua*, *versic. Pervenisse*, ubi vult, *quod licentia alicui data*, *debet restringi ad naturam contractus*. *Anton. Rub. Alexandrin. consf.* 110. *Visis investitura*, *& testamentis*, *col.* 2. *num.* 6. & ante eum, *Signorol. de Homod. consf.* 10. *In quæstione vertente*, *col.* 2. *versic. Item illa qua-*

litate

litate non adjecta; In mandato igitur generali, id quod non est verisimile concedentem specialiter concessurum
30 fore, non includitur, ut ibidem *Signorolus* scribit, *per text. in l. qui peculii ff. de pecul. l. si pater, ff. quae in fraud. credit. & l. obligationum, cum simil. ff. de pignorib.* facit ad prædicta, id quod voluit *gloss. in l. decurionibus, Cod. de silentiar. lib.* 12. quòd ubicunque aliqua dispositio ad alicujus favorem emanavit, per quam fuerit illi jus acquisitum, per derogationem po-
31 stea generaliter, vel specialiter factam, ei derogatum non dicitur, nisi de illa dispositione mentio specialis, & expressa in derogatione facta fuerit, de qua *gloss. meminit Bald. in cap.* 1. §. *sancimus, Quo temp. miles.* Nec quicquam facit clausula pro expressis habentes,
31 nam non tollit privilegia FRIDERICI & CAROLI, de quibus mentio expressa, & de verbo ad verbum fieri debebat, ut post *Fælin. de magis communi in cap. ad aures, de rescript.* testatur *Berous consf.* 146. *In causa nobilis viri, num.* 45. *lib.* 3. ubi ante & post, egregie respondet omnibus clausulis, motus proprii, non obstantibus, & aliis in mandato prædicto Imperatoris contentis, ad quem sufficiat remisisse.

Quintò considerandum est, multò minus debuisse dictam clausulam in præallegatis privilegiis apponi, in præjudicium originalis promiscuitatis, & incorporationis factæ per FRIDERICUM & CAROLUM, non aliter audita vel citata Civitate Aquilæ, & sine aliquali causæ cognitione, quæ cum in concessione non consenserit, ejus ju-
33 ra remanent illæsa, quicquid dictus Dominus Marchio investierit, & transferri jusserit. *Hostiens. in cap. dilecti de major. & obed. Bald. in cap. in generali, versic. Quæro utrum, Si de feud. fuer. controvers. inter domin. & agnat.* Et quòd ex defectu citationis, & non

præ-

præmissæ causæ cognitionis, concessio prædicta collectandi cives bona tenentes, sit nulla facit *text. in cap. licet Episcopus de præbendis in 6. & ibi gloss. in verb. Vocato*. Causæque cognitio dici non potest, nisi parte præsente vel legitime citata, quia causarum merita partium assertione panduntur, *l. fin. Cod. si per vim aut met. cap. tam ex literis, de restit. in integr. & l. in causæ, §. causa autem cognita, ff. de minorib.*

Sextò non est prætermittendum, a separatione prædicta fuisse alias appellatum, & ipsam appellationem super reintegratione dictorum castrorum pendere indecisam, adeò quòd non possunt dicti Comitatenses ipsam allegare ad decisionem præsentis causæ, super Bonatenen-
34 tia, nam per appellationem sententiæ effectus extinguuntur, *l. furti, in 2. respons. ff. de his, qui notan. infam. l. 1. §. final. ff. ad Turpil.* in tantùm quòd si per judicem ad quem confirmaretur prima sententia, tamen ejus effectus non reviviscunt, *Jas. in l. 1. num. 11. ff. de re judic.* Et eo maxime quia dicta reintegratio fuit petita, & appellatio interposita tam ex parte Civitatis, quàm Comitatensium, qui dictam separationem impugnarunt. Unde non sine maxima ratione SACRA CATHOLICA MAJESTAS DON PHILIPPI II. REGIS HISPANIARUM felicissimæ, & gloriosissimæ recordationis mandavit in causa Bonatenentiæ supersederi, & ad expeditionem alterius causæ super reintegratione procedi, quam Regius Fiscus assidue instetit & instat pro suo interesse juxta literas Regias debere decidi, comperta falsa causa ante dictæ separationis, quæ de jure non potuit nec debuit fieri in præjudicium REGIÆ MAJESTATIS.

NON obstant allegata in contrarium, & Primò quod Dominus ProRex potuerit validè separationem prædictam

ctam facere; nam omissis multis, illam expressè per suum privilegium, datum die 27. Septembris 1541. Imperator causa cognita revocari uti erroneam mandavit, cujus privilegii virtute Don PETRUS de TOLEDO cognita Civitatis AQUILÆ FIDELITATE atque innocentia, & quòd Castra ex falsa causa, & erronee fuerant illis capitaneis assignata, quinimò in dispendium Regii demanii, & Regalium sive fiscalium jurium & introituum diminutionem, & detrimentum, ac etiam in oppressionem & gravamen fidelium Regiorum vassallorum, Castra prædicta cum assistentia, & matura deliberatione Sacri Regii Collateralis Consilii, omnibus maturè discussis, reintegravit REGIÆ CORONÆ prout antea erant declarando omnia exposita pro parte Civitatis vera esse sub hujusmodi tenore; NEC NON DE EADEM CERTA SCIENTIA, ET DE PLENITUDINE DOMINICÆ POTESTATIS PRÆDICTARUM MAJESTATUM, DICTA CASTRA COMITATUS IPSIUS CIVITATIS AQUILÆ, EARUNDEM TENORE PRÆSENTIUM, AD REGIUM DEMANIUM ET CORONAM REGIAM REDUCIMUS, RESTITUIMUS, ET REINTEGRAMUS, NON OBSTANTIBUS QUOQUO MODO DICTIS CONCESSIONIBUS, VENDITIONIBUS, ET ALIENATIONIBUS DE EIS UT SUPRA FACTIS, QUÆ QUIDEM CAUSIS ET RATIONIBUS PRÆDICTIS NON SUBSISTUNT, NEC SUBSISTERE POSSE VEL DEBERE DECERNIMUS, ET DECLARAMUS, REGIUM SUPER HOC INTERPONENDO DECRETUM, EASQUE REVOCAMUS, IRRITAMUS, ET ANNULLAMUS, AC VIRIBUS, ET EFFICACIA TOTALITER EVACUAMUS, NULLASQUE ET ERRONEAS DECLARAMUS: AC DICTA CASTRA ET UNUMQUODQUE EORUM, CUM HOMINIBUS, VASSALLIS, VASSALLORUMQUE REDDITIBUS, JURIBUS, JURISDICTIONIBUS, ET PERTINENTIIS EORUM UNIVERSIS ET SINGULIS, ET IPSORUM INTEGRO STATU

PERPETUO UNIMUS, INCORPORAMUS, ET AGGREGAMUS REGIO DEMANIO ET CORONÆ PRÆDICTARUM MAJESTATUM ET EARUM FŒLICISSIMORUM HÆREDUM, ET SUCCESSORUM IN HOC REGNO, TENENDA SIQUIDEM ET POSSIDENDA PER IPSAS MAJESTATES ET EARUM REGIAM CURIAM, AC FŒLICISSIMOS HÆREDES ET SUCCESSORES IN HOC REGNO UNITA, ET INCORPORATA CUM UNIVERSITATE CIVITATIS AQUILÆ, IIS MODIS ET FORMIS, QUIBUS ANTEA TENEBANTUR &c. quod quidem decretum videtur omnem prorsus difficultatem enervare, & gladium, ut dicitur, ad radices ponere.

Nec dicatur, dictum privilegium effectum non habuisse, nam castra non fuerunt aliter reintegrata, & e manibus Baronum avocata, cum hoc evenerit ob impotentiam Civitatis continuò gravi mole æris alieni onustæ, non est propterea quin decretum Imperato-
36 ris mediante Illustrissimo, & Excellentissimo Domino Don PETRO DE TOLEDO latum, non stet in suo robore, ac firmitate, ut stat; de Principe namque dici potest, Semel locutus est Deus, ut scribit *Bald. consf.* 279. *Pridie consului*, *lib.* 3. & post eum *Curt. Jun. consf.* 170. *Habita diligenti*, *consideratione*, *num.* 42. *Jo. Cæphal. consf.* 58. *Proponitur*, *num.* 88. *col. pen. lib.* 1.

Neque Secundò obstat, quòd jurisdictio territorio cohæreat, & subjectum jurisdictionis sit territorium, *Bald. in d. l. a procuratore*, *col.* 1. *in fin.* Nam jurisdictio est
37 separabilis a feudo, secundum *Innoc. in cap. dilectus*, *extr. de appell. Parisf. de Put. in dict. tract. de reintegr. feud. in tit. Augumentum feudi cujus erit*, *num.* 3. *fol.* 149. *Carol. Ruin. consf.* 14. *De pluribus quæritur*, *col.* 1. *lib.* 1. *Et quòd non cohæreat territorio*, *sed sit qualitas personæ*, *Bart. in l.* 1. *in fin. ff. de jurisdict. omn. judic. Ruin. in præcitato consil. ante num.* 1. ubi dicit,

quod

quod est separabilis a territorio etiam pro parte, *Bald. in cap.* 1. §. *e contrario*, *versic. Contrarium videtur*, *tit. de invest. de re alien. fact. ubi Jacob. Alvarott. in fin. versic. Quid si vassallus*, *post Alex. cons.* 76. *In causa & lite*, *col.* 2. *lib.* 2. *Dec. cons.* 483. *Pro resolutione litis*, *col.* 3. *num.* 9. & 10. *cons.* 528. *Pro resolutione casus*, *col. fin. num.* 10. *Gloss. Parisiens. hoc late declarans*, *tit.* 1. §. 1. *gloss.* 5. *in verb.* le fief., *num.* 44. *usqu. ad num.* 47. *fol.* 62. faciuntque tradita per *Bald. in l. data opera*, *col.* 10. *num.* 29. *versic. Et hoc in omni jurisdictione*, *Cod. de iis*, *qui accus. non poss.*

Tertiò, non repugnat authoritas *Pauli Castrens. d. cons.* 307. *col.* 1. *lib.* 2. cum enim separatio non fuerit subsecuta ad petitionem Castrorum, sed ad mandatum Principis, ut illis Capitaneis sive Militibus jurisdictionem concederet, contra *Castrensem* isto casu concludit *Didac. Covarruv. in dict. lib. Practic. Quæst. cap.* 37. *col. pen. versic. Primum enim*, *fol.* 520. & utique opinioni *Didaci* est standum, tanquam distinguenti, & quinque casus magistraliter consideranti; ut per eum, ibi, usque ad *num.* 8.

Quarto, promiscuitati non obviat diversitas Castrorum aliquo spacio invicem distinctorum, nam non arguit de necessitate separationem a Civitate, possunt certe esse duæ Ecclesiæ spaciis distinctæ, & una cathedra in utraque cathedrali, *l. unic. & ibi not. Cod. de metropol. Berytho*. *cap.* 1. *extr. ne sede vacan. Oldrad. cons.* 296. *De jure D. Gulielmoni*, *col.* 1. *sub num.* 2. *in fin. versic. Huic autem unitati*. Et quidem casalia, ac villæ proprios debent habere confines, *l. si testamentum*, *ubi Bald. num.* 3. *Cod. de instit. & substit.* allegat *Innoc. in cap. cum ad sedem*, *de restit. spol. Paris de Put. in dict. tract. de finib. feud. in princ. num.* 5. *versic. Et quidem*. Sed hoc non obstat promiscuitati, de qua agimus,

& ex Oldrado dicebam, sed fines ipsi sunt ad tollendum
38 confusionem castrorum, & ut quodlibet quiete vivat, ratione ordinis, regulatæque rerum dispositionis, juxta eleganter in simili tradita per *Petr. de Anchar. cons.* 113. Jura, quæ loquuntur, *col.* 2. *versic. Nam per talia signa*, licèt enim intus Civitatem tot adsint Populi, & Universitates, quot sunt castra, & habeant distincta localia, plateas, ecclesias, atque fontes, non est propterea quin omnes postmodum non constituant unam Civitatem, insimul cum castris ab extra, omnia enim ex privilegiis FRIDERICI & CAROLI unum corpus constituunt, quod AQUILA dicitur; Dumque de unione loquimur, oportet a principio distinctionem præsupponere, ut demum unio constituatur, ac discernatur, quemadmodum inquit, *Dominus Regens Jo: Franciscus de Ponte*, doctissimus, & clarissimus Jurisc. *consil.* 57. *In princ. num.* 39. *versic. Sicut etiam lib.* 1.

Quintò non obstat, quòd Civitas Aquilæ suum retineat territorium, in castris dirutis, & quod petit intus habeat, ita ut territorio castrorum dirutorum debeat esse contenta, & in illo impositiones facere, non impediendo castra habitata in eorum pertinentiis.

Nam facilis est responsio, cum territoria castrorum dirutorum sint pauca, & modici valoris, & pertineant ad Universitates, & populos existentes intus ipsam Civitatem, in quibus aliæ Universitates ac cives aliorum castrorum non habent quicquam facere, & propterea ultra quod impositio non esset sufficiens, non posset esse uniformis respectu totius Civitatis, & omnium ejus civium, cum massa sive nervus impositionis non consistat in montaneis, sed in planicie, & in locis fructuosis & fertilibus, ut experientia cognitum est, & sic retinendo dictas montaneas castrorum dirutorum,

non

non habet Civitas Aquilæ debitum ac necessarium districtum, destinatione ac privilegio IMPERATORIS FRIDERICI, in quo inter alia dicitur, *Ut igitur tam Nobile opus nostrarum manuum speciali munificentiæ nostræ gratia se gaudeat insignitum, Civitatem ipsam infrascriptis finibus, videlicet a Cornu putridi, usque, & per totum* AMITERNUM *statuimus limitandum, publicantes ac situm & districtum Civitatis ipsius, & ad opus Universitatis ejusdem, colles omnes adjacentes qui* AQUILA *vocantur, & terras omnes circumquaque jacentes;* Adeo quòd si pro districtu est totum territorium, non possunt Comitatenses illud coarctare & restringere ad illud castrorum dirutorum tantum, quòd est minima pars totius districtus a principio Imperiali authoritate Civitati assignato, sed totum territorium debet remanere promiscuum, ex qua promiscuitate nemo læditur: Præsertim quia ex loci inspectione constat, Castra confinare cum ipsorum adjacentiis usque ad mœnia Civitatis, & inter cætera Balneum, & Rodium, & proinde civitatis impotentia circa impositio-
39 nes & collectas, cum ei territorium ac districtus deficiat, attendenda est, ut arg. *l. nemo, Cod. de oper. public. l. opus, l. de operibus, ff. eod. l. Antbiochens. ff. de privil. credit.* tradit *Signorol. de Homod. consf.* 38. *Si quæritur, col. penult, versic. Sexto probat:* & consequenter separatio, ut dictum fuit, de jurisdictione tantum debet intelligi; Est siquidem odiosa locorum separatio, & ideo strictissimam recipit interpretationem, *Jacob. Menoch. cons.* 79. *Hæc jam diu controversa dubitatio, col.* 4. *in fin. num.* 29. *versic.* Et in specie, *lib.* 1. *post Abbatem, & Antonium de Prætis*, quos ipse citat, idemque scribit *Dominus Fabius de Anna dict. cons.* 59. *col.* 9. *num.* 47. *versic. Cum præsertim.*

Pos-

Possem ingredi materiam consuetudinis, ut enim dicit *Andr. in tit. quid sit investit. sub verbis, Traditionibus factis, num. 5. versic. Sed etiam, ubi datum esset in feu-*
50 *dum unum castrum cum juribus, & pertinentiis suis, non intelliguntur nisi a jure, vel consuetudine permissa,* quod voluit *Innoc. in d. cap. cum ad sedem, de restit. spol.* & certe prout de jure non venit illud jus collectandi cives, ita nec ex consuetudine etiam immemoriali usque hodie observata, sed illam uti amplam & a primo Consulente affabre resolutam praeterierim, sive etiam remedium praescriptionis non solvendi collectas in comitatu, ab eodem egregie tractatum, pariter & a *Fabio de Anna dict. cons. 59. num. 55. cum plurib. seq.* necnon ea quae circa cap. Regis Caroli II. quod in ordine est 194. incipiens *In singulis*, afferre valerem, consulto praetermiserim.

Ex praenarratis itaque ad favorem Civitatis Aquilae concludendum fore existimo, ut inquam manuteneatur in jure collectandi suos cives, pro bonis sitis in adjacentiis castrorum tanquam in territorio promiscuo, & proprio districtu Aquilae, secundum catastum ordinatum olim per Regium Consiliarium Hectorem Gesualdum de Neapoli, qui videns jura Civitatis esse optima, ordinavit catastum Regia authoritate huc usque continuatum, ne Aquilani Cives duplici onere, imo triplici praegraventur, collectae scilicet in Civitate, ac etiam gabellae, & bonatenentiae in Comitatu, contra regulam ex textu desumptam, *in l. navis onustae §. cum autem, ff. ad l. Rhod. de jactu, l. incola, & l. fin. §. item rescripserunt, ff. ad municipal. l. si cum dotem, §. si pater, ff. sol. matrim. l. qui dotem, ff. de dot. praeleg. & l. Titia cum testamento, §. qui invita,*
41 *ff. de leg. 2.* Et istud est illud catastum a superiori

fa-

factum, de quo meminit *Bald. conf.* 139. *Ubi quis sortitur originem*, *circ. med. versic. Hæc autem sunt vera*, *lib.* 1. Cumque dictus Dominus Consiliarius diu Aquilæ permanserit, & multa miro ordine reformaverit, si alium juridicum modum invenisset, utique pro justitiæ complemento illum edixisset, quod facere non potuit, stantibus erroneis investituris Castrorum, illis Militibus, sive Capitaneis in remunerationem factis, tanquam de Castris Civitatis Aquilæ, quamvis essent demanialia & REGALIS CORONÆ ut supra, & cognito etiam quòd totum territorium promiscuum erat, & pro districtu proprio ipsi Civitati assignatum, ut non sine maximo pondere dixerit, donec aliter fuerit provisum, idest sequuta reintegratione eorundem Castrorum ad Civitatem, cognoscens illam debere fieri, ut demum decreta extitit, præfatæ CÆSAREÆ MAJESTATIS mandato per dictum Dominum Don PETRUM DE TOLEDO generosissimum Principem. Et ita dico pro veritate & justitia juris esse, ac consulo, Ego *Josephus de Rusticis* U.J.D. de Civitate prædictæ Aquilæ, & ad fidem me subscripsi, solitumque meum sigillum, quo in his utor, apponi feci.

Idem qui supra Josephus de Rusticis.

Copia &c.

Auctoritatem Perillustris Josephi de Rusticis Celeberrimi Jurisconsulti Aquilani semper ipse existimavi, nedum celebrando ejus nomen famamque praclarissimam in Patavina Academia, sed inter alias meas lucubrationes in præsumptionum Tractatu, ubi ejus subtilitatis atque ingenii facundiæ memini, dum de liberis in conditione positis materiam absolvi, elegantissime a Domino meo de Rusticis omni genere elaboratam in Tractatu suo, An, & quando. Ut igitur degustasse videar responsum hoc

præ-

præstantissimum pro patria sua redditum mira eruditione & amore propria de subscriptione tantum requisitus in eandem concurro sententiam juridicam, & solidis rationibus roboratam. Ego JACOBUS MENOCHIUS *Jurisconsultus in Patavino Gymnasio primarius horis matutinis Interpres.*

Locus sigilli.

Clarissimum Consulentem Dominum Josephum de Rusticis Aquilanum sicuti commilitonem habui studiosissimum a teneris annis in excelso Perusino Gymnasio, ita excellentem ejus doctrinam in dies summo opere ut debui legendo sequutus sum, & inter Modernos Scribentes de positis in conditione, Auctorem hunc in suo famosissimo & subtilissimo Tractatu eadem de materia, in meis sæpe sæpius prælectionibus retuli, prout in præsentiarum libentissime cum præsenti ejus responso de jure, & æquitate sentio. Ego SFORTIA ODDUS *Jurisconsultus Perusinus.*

Locus Sigilli.

Responsum supradictum Excellentissimi Jurisconsulti D. Josephi de Rusticis Aquilani juridicum esse censeo atque ita judicandum fore, prout observatum pluries vidi in partibus istis Patavii, & pro veritate consului, ut nihil modo supersit, nisi Jurisconsulti prædicti sententiam amplecti, uti juridicam & æquitati consonam, prout ejus opinionem in alia materia de positis in conditione liberis frequenter memoravi, dum rem de simili peregi, nempe in meo de fideicommissis Tractatu. Ego MARCUS ANTONIUS PEREGRINUS *Jurisconsultus, & Cameræ Patavinæ Fiscalis Advocatus.*

Locus Sigilli.

Vir-

Virtutem eminentem Clarissimi Jurisconsulti D. Josephi de Rusticis universo Orbi satis testantur celeberrima ejus Opera summo ingenio & subtilitate edita; Eaque maximopere emicuit in Excelsa, & Alma Rota Florentina, in qua is Dominus de Rusticis ultimarum appellationum Auditor extitit, & Serenissimi Magni Ducis Consiliarius FERDINANDI MEDICES, *quo munere functus cum ipse fuerim, cum tota Hetruria ut semper encomiis & laudibus observavi famosissimum præfatum Aquilanum scriptorem, ejus ita præsens responsum pro Patria redditum elaboratissimum, consultissimum, juri, & æquitati consonum censeo. Ego* FABIUS TURRETTUS *Jurisconsultus Perusinus.*

Locus Sigilli.

Quæ propria claritate meritorum corruscant, alieno lumine non indigent. Propterea responsum hoc eruditissimum nunquam satis laudati D. Josephi de Rusticis Excellentissimi Jurisconsulti & hac tempestate acutissimi Auctoris mirifice concelebro, ne dum propter ejus solidas rationes, & considerationes juridicas, sed etiam Celeberrimorum Dominorum Subscribentium auctoritatem. Ego SYLVIUS SPANNOCCHIUS *Jurisconsultus Senensis.*

Locus Sigilli.

JOSEPHI DE RUSTICIS

EX EOD. LIBRO I. CONSILIORUM

CONSILIUM VII.

PRO EADEM FIDELISSIMA ATQUE INCLYTA

CIVITATE AQUILÆ.

HYPOTHESIS.

COLLECTAS a Civibus eam habitantibus persolvi in Civitate debere pro bonis sitis in castris stante Territorii promiscuitate, consuetudinemque in contrarium irrationabilem & juri contrariam censeri, atque judicandum in dubio fore contra fundantem se in iis; Multaque de districtu, Castrorum separatione, & legum nonnullarum declaratione.

SUMMARIUM.

1. *Locum exceptum de totalitate fundi, fundum de per se facere in ea non comprœbensum.*
2. *Imperium, jurisdictionemque ex divisione in partem quamlibet transire in solidum; Idque etiam in servitute prædii contingere eo diviso.*
3. *Territorii atque districtus divisi, partem quamlibet, totius nomen retinere.*
4. *Universitate concessa incorporalia etiam venire; Villamque & castrum illam designare, jurisdictionem, honorem, jusque patronatus continentia. Et num. 21.*
5. *Exemplum simplex fide dignum existere, judicis aucto-*

ri-

ritate sumptum, aliosque in id casus recenseri.

6 *Oppida quælibet & vicos fines proprios habere.*

7 *Collectam patrimoniale munus esse, & omnes ad illud obstringi.*

8 *Collectas solvere cives debere, ubi habitant, etiam pro bonis alibi sitis modo ibi tributaria non sint.*

9 *Collectas personis pro rebus imponi, atque ideo neminem non subjectum collectare. Et num.* 11. *atque* 40.

10 *Collectas tribuere cives non teneri cum comitatensibus, sed ex communi opinione cum ipsorum communitate pro bonis in castris sitis.*

12 *Italiæ consuetudinem referri collectandi forenses, eique quantum credi debeat, & quando.*

13 *Consuetudinem collectandi forenses ubi possident irrationabilem & juri contrariam censeri.*

14 *Præscriptionem potius, quàm consuetudinem judicari cum Universitas inducere aliquid contra privatum intendit, quod alias adversus eum non possit.*

15 CAROLI II. *cap.* 194. *incip.* In singulis, *in Civitate Aquilæ, & ejus Castris usu receptum non fuisse.*

16 *Castrorum territoria quoad jus quoddam universale ipsorum propria non esse, sed cum Aquilana Civitate promiscua. Et num.* 26.

17 CAROLUM V. *Imp. territoria Castrorum Aquilani Comitatus quoad jurisdictionem Baronalem tantum separasse, firma remanente promiscuitate originali totius territorii per Imperatorem* FRIDERICUM *concessi. Et num.* 25.

18 *Neapolitanis ex processu informativo per Magnam Curiam ex ejus præeminentia torturam non inferri, nisi Excellentissimi Domini ProRegis dispensatione: Idque in hominibus Turris Octavæ, & Mileti Casalium Neapolis locum habere.*

19 *Separationis privilegia odiosa esse, atque strictam interpretationem recipere.*

20 *Principem ut alteri prosit, lædere alterum non præsumi.*

22 *Collectandi facultatem quasi peculium, & Statum Civitatis respicere, Civitatemque districtum non habentem, qui in promiscuitate consistit, catastum facere non posse, & collectas exigere. Et num.* 24.

23 *Imperatorem in Castrorum concessione Aquilæ urbi facta promiscuitati in collectis præjudicare minime intellexisse.*

24 *Aquilanos Cives absque Castrorum territorio, quod proprie districtus Civitatis existit, Regias functiones imponere minime posse.*

27 L. si fundum, §. qui fundum, de leg. 1. *rationem afferri.*

28 *Castra cum Civitate promiscua Civitatem ipsam constituere, & omnia per unionem quandam inseparabilem ab origine Aquilam nuncupari.*

29 Auth. si quis in aliquo. Cod. de eden. *limitari. Et num. seq.*

31 *Præscriptionem decennalem desinere extinctivam in aliis partibus privilegii, si in aliquo exequutum illud fuerit.*

32 L. 1. ff. de nundin. *declarari.*

33 *Districtum omnium Castrorum a* FRIDERICO *uti promiscuum Aquilæ assignatum per* CAROLUM II. *&* JACOBUM *ejus genitorem, atque Reginam* JOANNAM I. *confirmatum fuisse.*

34 *Territoria per Castra divisim possessa olim in communi territorium* AMITERNI *vetustissimæ Urbis Samnitum in Vestinis extitisse: Ipsumque* AQUILAM *deinde vocatum fuisse. Et num. seq.*

35

DIVINO IMPLÓRATO PRÆSIDIO.

PRovisus denique in loci faciem accessus de Perillustribus Viris Domino Francisco Suares Regiæ Cameræ Locumtenente, & Domino Jacobo Salluzzio Præsidente causæque cum Comitatensibus vertentis Commissario Præclarissimis Jurisconsultis, occasionem mihi præbuit, ut super infrascriptis dubiis aliquid dicam, & quæ in alia reddita consultatione prætermiseram nunc opportune suppleam; novo enim indigent auxilio, quæ noviter emergunt, ut *Ulpianus* scribit *in l. 1. in princ. ff. de ventr. inspic. & in l. de ætate, §. ex causa, ff. de interrog. act.*

Videtur Primò, ut ad rem accedam, contra Civitatem Aquilæ valde urgere authoritas *Pauli Castrens. in l. si fundum, §. qui fundum, num. 6. vers. Item in fin. not. ff. de leg. 1.* ubi scribit *inde elici, locum exceptum de*
1 *totalitate fundi censeri facere fundum de per se in totalitate non comprehensum*, illisque diebus de facto hoc allegasse; Imperator enim cuidam Nobili immunitatem concesserat in Castris suis, volueratque quod essent separata a territorio cujuslibet Civitatis, in quo erant separata

rata

rata, an per hoc in dictis Castris erat concessum merum imperium? dicit quod sic, quia videbatur duo territoria fecisse ubi primo erat unum ut ibi colligitur. Ergo imperium quod erat in Civitate, cui luberat transtulisse ne remaneret acæphalum, sicut quando de una provincia facit duas, quia quælibet indiget suo præside, *l. si eadem*, *ff. de offic. assess.* omnisque jurisdictio ac omne
2 imperium, quod erat penes unam dividitur in partem quamlibet in totum, sicut servitus prædialis diviso prædio transit in partem quamlibet in solidum, *leg. via constitui*, *§. fin. & l. si partem*, *ff. de servit. rustic. præd.* cum igitur IMPERATOR CAROLUS V. exceperit castra ab illa primœva totalitate Civitatis Aquilæ, censetur aliud territorium de per se fecisse, & sic de uno tantum duo constituisse cum omnibus suis qualitatibus & jurisdictionibus etiam circa collectarum impositionem in ipso territorio. Et re vera idem *Castrens.* ut supra respondit, *cons.* 187. *Notandum est quod ista Imperialis concessio*, *col.* 2. *in fin. & col.* 3. *lib.* 2.
3 & sic territorio diviso ac districtu, quælibet pars nomen totius retinet, *l. plane* 1. *§. fin. ff. de leg.* 1. & omne ac quicquid censetur translatum, & ex qualitate donantis quia princeps, *l. hac saluberrima*, *post med. Cod. de agen. in reb. lib.* 10. *c.* 1. *extr. de donat.* & ex qualitate donatariorum, quia nobiles & strenui milites consueti sunt talia habere, *arg. l. sed etsi susceperit*, *§. sed etsi proponas*, *ff. de Judic. l. Titia*, *§. fin. de aur. & argen. leg.*

Secundo facit alia celebris authoritas *Oldradi de Laude supremi Jurisconsulti*, *cons.* 252. *Ad quæstionem qua quæritur*, *col. fin. vers. Cum autem*, ubi dicit, *quod ubicun-*
4 *que Universitas conceditur*, *omnia etiam incorporalia veniunt*, *l. princeps bona*, *ff. de verb. signif.* Et ideo dicit

cit *Innoc. quod villa & Caſtrum ſunt quædam nomina*
univerſitatem quandam deſignantia, quæ in ſe continent
juriſdictionem, honorem, & diſtrictum ac juspatronatus,
cap. ex literis, & ibi not. per eum, de jur. patron. un-
de etiam in ſpecie non tranſibilia cum iſta univerſi-
tate transferuntur, *l. in modicis, ff. de contrah. empt.*
l. quædam, ff. de acq. rer. domin. cap. cum Bertoldus,
extr. de re judic. Ergo & jus collectandi.

Tertiò obſtinate adhuc Comitatenſes perſeverant, aſſe-
rendo Urbem Aquilam non bene ſuam intentionem
fundaſſe, dum prætendit totum territorium quod con-
trovertitur, illi datum fuiſſe pro diſtrictu ex quodam
Imp. Friderici privilegio, non enim originale eſt nec
authenticum, ſed ſimplex exemplum cui non credi-
tur, ut per *Doct. in auth. ſi quis in aliquo, Cod. de*
edend. ubi text. vult quoties fit mentio in una ſcriptu-
ra de alia, tunc non credatur ſcripturæ referenti niſi
quatenus exhibeatur ſcriptura relata, & eo fortius hoc
firmum erit, quando ſcriptura referens non conſpicietur
authentica, quia ſimplici exemplo non creditur, potiſſi-
5 mum quando judicis authoritate ſumptum non fuit, vel
quando non producitur contra illum qui illud dedit, vel
quando non eſt ſcriptum manu ipſius qui conſcripſit ori-
ginale, vel quando non eſt approbatum a partibus, vel
quando non reperitur in archivio publico, vel quando
non eſt regiſtratum in actis, iſti namque ſunt caſus, in
quibus ſolet credi exemplo, ſecundum *Doct. in d. auth. ſi*
quis in aliquo, & tradit *D. Laurent. de Pinu conſ. 76.*
Circa dubia, col. pen. num. 15. *&* 16. *verſic. Et tan-*
to magis.

Quartò conſiderant, promiſcuitatem contra eoſdem Co-
mitatenſes allegatam reſpicere tantum Caſtra, ut diri-
guntur & correſpectivantur intus, & extra diſcretim ac
ſigil-

figillatim, ut puta castrum Piczuli intus & extra, non vero quod alii Cives aut Comitatenses de aliis Castris Saxæ, Labareti aut alterius communionem vel promiscuitatem cum Piczulo prætendere possint, nam inter Castra terminatio adest, quæ etiam divisim territoria possident, & bona tenentes de uno castro in aliud solvunt, & quamvis pluribus verbis per Præclarissimos motivantes hoc fuerit eleganter propositum, tamen ad istud breviter omnia reducuntur: talisque castrorum distinctio ex juris dispositione coadjuvatur,
6 regulariter enim quælibet oppida, & vici proprios fines habere præsumuntur, *vulg. l. pen. ubi Doctores Cod. de instit. & substit. sub condit. fact. l. cum pater, §. fin.* ibi: *Vicos qui proprios fines habebant, de leg. 2. l. fin. quando, Cod. de bon. vacan. lib. 10. & l. quicunq. Cod. de fund. limitr. lib. 11. Paul. de Castr. cons. 139. Pro declaratione, in princ. lib. 1.* cumque termini inter dicta castra sint patentes ad oculum, & ostensi semper fuerint Dominis Præsidentibus qui ad loci faciem se contulerunt, clarissimi juris est territoria, jurisdictiones & fines probari hoc modo separatos, & distinctos esse, *Paul. de Castr. in l. ex hoc jure, nu. 24. ff. de justit. & jur. not. in l. 2. ff. de term. mot. & in cap. forus, de verb. sign. Octavian. Osasc. cons. 34. Visa facti specie, col. 2. num. 3. & 4.* quod scripsit ante illos *Bald. cons. 420. Verba Principis Montis Ferrati, num. 1. lib. 1.*

Quintò facit doctrina *Andr. de Isern. in cap. 1. in verb. Extraordinaria collatio, col. 2. num. 61. tit. quæ sunt*
7 *regal.* dicentis *quod de collecta asserunt Fiscales Regni munus esse patrimoniale, & ordinarium, quia indicitur omni anno personis pro rebus earundem, l. 3. Cod. de indict.* & licet vocetur collecta, quia colligitur per pos-

fes-

sessores pro modo facultatum, in effectu idem videtur quod indictum quod est canonicum ordinarium, *l.* 1. *Cod. d. tit. lib.* 10. quia indicitur eodem modo, & sic sensum inspicimus, & non verbum *l.* 3. *Cod. de liber. præterit.* & dicit ibi *Bald. in ult. col. quod istud est utile scire ad discernendum, an ad illam solvendam teneantur non subditi pro possessionibus quas ibi habent? nam si est munus patrimoniale, ergo omnes ad illud tenentur*, allegat *l.* 1. *Cod. de immunit. nem. conced.* rursus *Bald. in tit. de pac. Constant. in verb. Munitione Civitatem, estque ex mente Archid. in cap.* 1. *de immunit. Eccles. in* 6. quos clare sequitur *Alex. de Imol. cons.* 52. *Visis his quæ in thæmate, in fin. n.* 8. *vers. Quinimo etiam, lib.* 5.

SED prænarrata si recte considerentur talia non sunt ut dictos comitatenses in aliquo relevent, solum deservient, ut jura Civitatis dilucidius clarificentur, proinde adhuc in alia consultatione intentius persisto, tum ex jam dictis ibi, tum etiam ex aliis hic allegandis: Nam recepta communiter est doctrina *Bart. in l. unic. num.* 33. *in fin. Cod. de mulier. & in quo loco*,
8 concludentis cives alicujus civitatis ex dispositione juris communis, asserta consuetudine circumscripta, teneri collectas in civitate, in qua habitant solvere, etiam pro bonis alibi sitis, modo alibi tributaria non sint, *Carol. Ruin. cons.* 111. *Viso prolixo processu*, *n.* 7. *lib.* 5. & de eadem communi *Octavian. Osasc. dict. cons.* 34. *num.* 27. *vers. Quod etiam probatur:* Præsertim si tam civitas, quam castra sub ditione ejusdem Principis essent, ut in proposito evenit, cum simus sub ditione, jurisdictione & imperio DON PHILIPPI III. de AUSTRIA Regni Neapolis, & aliorum Regnorum GLORIOSISSIMI REGIS, & Domini nostri, *Socin. cons.*

f 129.

129. *Præstantissimi juris interpretes*, *col.* 1. *lib.* 1. faciuntque tradita per *Hipp. de Marsil. in l. final. num.* 187. *ff. de jurisdiction. omn. judic.* sed bona hujusmodi tributaria non sunt, cum collectæ istæ, ut est di-
9 ctum, personis pro rebus imponantur, ergo comitatenses non possunt illas imponere personis non subditis, etiam quod bona in comitatu sita sint, *l. libertus*, *§. sola*, *ff. ad municip. l. rescripto*, *§. fin. ff. de muner. & bonor. l. cum neque C. de incol. lib.* 10. *gloss. in rubr. Cod. de muner. patrim. lib.* 10. *Oldrad. cons.* 169. *Factum tale est*, *quidam homines*, *Federic. de Sen. cons.* 151. *Thema tale est*, *Monasterium S. Galgani*, *col.* 2. *Petr. de Anchar. cons.* 248. *Ad prædicta dubia*, *col.* 3. *vers. Præterea istæ procurationes*, *Calderin. cons.* 6. *Quidam cives Imolenses*, *col.* 2. *in* 2. *dub. vers. De muneribus vero mixtis*, *tit. de censib.* ubi concludit, *quod quoddam castrum quod erat Imolæ subjectum postmodum Bononiæ*, *& ab Imola separatum*, *non poterat Cives Imolenses astringere ad solvendum collectas pro bonis in territorio illius Castri sitis*, per multa jura variasque rationes, quod quidem in proposito celebre videtur consilium *Jo: de Imol. in causa hominum de Rossena bonatenentium in terra S. Pauli*, *cons.* 48. *In casu præmisso*, *Alex. cons.* 68. *Et viso*, *col.* 2. *num.* 1. *lib.* 2. *Francisc. Aretin. cons.* 132. *In causa quæ vertitur*, *col.* 1. *&* 2. *num.* 1. Et licet ad hoc alios quamplures possem afferre, hos tamen paucos addam, *Curtium*, inquam, *Jun. in cons.* 42. *Habita diligenti consideratione*, *col.* 2. *num.* 2. *&* 3. ubi mirabiliter circa hunc casum loquitur post plures maximos Doctores per eum ibi relatos, magnum capitale faciens de dicto Calderini consilio, quod est in materia pulcherrimum & puntuale, allegat etiam *Bald. cons.* 227. *Si*

quæ

quæritur in quo loco, *col.* 1. *lib.* 3. *conf.* 434. *licet judex*, *num.* 2. & *conf.* 139. *Ubi quis sortitur forum*, *col.* 1. *eod. vol. Jacobum Berrettam conf.* 88. *Constitui in hac causa*, *num.* 1. & *Jo: Bapt. Plotum* omnino inspiciendum *in rep. l. si quando*, *num.* 25. *vers. Notabis tamen perpetuo*, *Cod. unde vi*, ubi ad favorem Civitatis mirifice loquitur in castris separatis, dicens se pluries consuluisse communemque esse opinionem, ut ci-
10 ves contribuere cum comitatensibus non teneantur, sed cum communitate ipsorum civitatis pro bonis in castris sitis.

Quæ conclusio procedit etiam si ipsa bona essent per cives acquisita ab ipsis oppidanis & comitatensibus qui antea pro eis solvebant onera in loco ubi scripta sunt, ut voluit *Oldrad. dict. conf.* 169. *vers. Et idem in tertio*, *Curt. Jun. dict. conf.* 42. *ante num.* 4. *vers. Quod quidem procedit;* non possunt igitur comitatenses collecta-
11 re Aquilanos cives sibi non subjectos pro oneribus scilicet & collectis impositis personæ pro rebus, ut scribit idem *Plot. in d. l. si quando*, *num.* 26. *vers. Pro bonis tamen*, *fol.* 13.

Nec opponatur de consuetudine Italiæ forenses collectan-
12 di, de qua plures insignes Doctores attestantur, *Bart. in l. unic. num.* 34. *Cod. de mul.* & *in quo loc. Bald. in l. etiam col. pen. circ. fin. ante num.* 16. *Cod. de exec. rei jud. Rol. de Vall. conf.* 32. *Primo quidem aspectu*, *num.* 8. *lib.* 1. Nam huic objectioni concludenter respondet primo consulens, ut non existimem jam dicta referre: quantum autem dictis Doctoribus de consuetudine attestantibus sit credendum alibi etiam *in tract. An & quando liberi in cond. positi vocen.*, *lib.* 1. *cap.* 2. *part.* 2. *num.* 71. *fol.* 36. Maxime quia eidem objectioni optime occurrit *Aretin. dict. conf.* 132.

col. 2. *num.* 2. ubi dicit poſt *Jo: de Imol. in l.* 1. §. *nunciatio*, *ff. de nov. oper. nunc.* quod quando communis opinio hoc de conſuetudine aſſereret, forte poſſet eſſe præſumptio pro tali conſuetudine, ſecus ſi per duos aut tres Doctores probari prætenderetur, tunc enim circa idem duplex concurreret ſpecialitas, prima quod teſtes non jurati admitterentur, ſecunda quod teſtes etiam admitterentur, qui per ſcripturam teſtificarentur quod non licet, *c. teſtes*, 3. *quæſt.* 8. *l.* 3. §. *idem Divus*, *ff. de teſtib.* ſed abſurdum eſt, ut duo ſpecialia circa idem concurrant, *l.* 1. *Cod. de dot. promiſſ.* Ergo tale teſtimonium admitti non debet; Præterea *Bart. & Bald.* atteſtantur de conſuetudine Civitatum Italiæ, non de caſtris de quibus nos loquimur, ſed ſtant ſimul quod in Civitate ſit una conſuetudo, & in comitatu alia, *l. fin. Cod. de teſtam. & not. Bald. in cap.* 1. *in verb. Intus & extra*, *de pac. conſtan.* ergo ſequitur quod inter comitatenſes talis vigeat conſuetudo, *Carol. Ruin. conſ.* 111. *Viſo prolixo proceſſu*, *in fin. lib.* 5. *Jacob. Berrett. d. conſ.* 88., *col.* 2. *in princ.* Imo contraria allegatur pro Civitate conſuetudo ſpecialis, quæ attendi debet, reg. gener., *lib.* 6. *Bald. conſ.* 170. *Ad evidentiam*, *ante num.* 3. *lib.* 2. *Aym. Cravett. conſ.* 111. *Spectabilis Juriſconſ. num.* 16. *verſ. Et licet in Italia*, *lib.* 1. Maxime quia dicta conſuetudo ut forenſes in locis collectentur ubi bona poſſi-
13 deat eſt irrationalis, cum ſit contraria juri, *cap. cum veniſſent*, *de eo qui mitt. in poſſeſſ. cauſ. rei ſervan. Franciſc. Aretin. conſ.* 44. *In propoſita conſultatione*, *col.* 2. *num.* 2. *& poſt Ludovic. Romanum* tradit idem *Aym. conſ.* 96. *Dominus Jaffredus Domin. col.* 1. *num.* 3. *d. vol.* 1. Ultimo non deſunt, qui dicant iſtam conſuetudinem probandam omnino fore, *Aretin. conſ.*

133.

133. *In causa*, *col.* 4. *Corn. conf.* 83. *Circa primum num.* 13. *lib.* 4. *Dec. conf.* 285. *Et pro tenui*, *num.* 6. *Ruin. dict. consil.* 111. *col. fin. dict. vol.* 5. *& post Bertrand. & Nevizz. Jacob. Berrett. conf.* 89. *Ex his quæ in facto*, *num.* 50. *versic. Attamen non omissis*. Præterea crederetur de regione, in qua Doctor est versatus non de aliis regionibus, *Alex. conf.* 5. *Circa primum dubium*, *ante num.* 12. *lib.* 3. *Dec. conf.* 473. *Testator legavit*, *num.* 14. *& infr. Jo: Dilect. de art. test. tit.* 5. *caut.* 35. *num.* 3. *Paris Puteus in tract. de synd. in verb. Doctor*, *seu Advocatus*. Accedit illud, quod cum universitas aliquid vult ex consuetudine in-
14 ducere contra privatum, adversus quem non posset id facere, talis consuetudo potius in hac materia sit dicenda præscriptio, ejusque naturam assumat, *Bald. in rubr. Cod. quæ sit long. consuet.* cumque castra jus commune contra se habeant, requiritur tempus non minus centum annorum, nisi habuissent titulum vel justam causam credendi id sibi licere, *c.* 1. *de præscr. in* 6. præsumitur autem mala fides in habente juris præsumptionem contra se, *Cyn. & Bald. in l.* 1. *n.* 17. *Cod. de servit. & aqua*, *Bart. in l.* 1. §. *hoc interdicto*, *ff. de itin. actuq. priv.* & quod sit opus immemoriali præscriptione, post *Bart.* voluit *Aretin. d. conf.* 132. *sub num.* 4. *vers. Secundo respondeo*, consentitque *Jo: Cæphal. conf.* 129. *Præsupposito pro constanti*, *num.* 7. *lib.* 1. ergo sumus extra terminos Italicæ consuetudinis desuper allegatæ.

Siquæ diceretur, esto quod talis cesset consuetudo, adest tamen cap. Caroli II. quod incipit *In singulis*, 194. quo disponitur bonatenentes debere collectari in locis ubi bona tenent, licet alibi habeant incolatum. Responderi potest, quod præter quam dictum capitulum in

15 in hac Civitate & castris usu receptum non fuit, lexque & statutum abrogantur per non usum præsertim concurrente contrario usu, *Bald. in l. receptitia, in princ. Cod. de constit. pec. Ang. Aret. in §. igitur, in proœm. instit. Jas. in l. de quibus, in 6. not. ff. de legib. Augustin. Bero. cons.* 173. *In causa Nobilium de Gonzaga, num.* 29. *lib.* 1. late *Cæphal. dict. cons.* 129. *num.* 9. probatur in *d. l. de quibus, in fin. in §. pen. de jur. natur. in §. conceptum, versic. Sed hæ actiones, instit. de oblig. quæ ex delict. Thob. Nonius in §.* 1. *num.* 5. *instit. de testam.* Ex alio non intrat, nam
16 territoria antedicta quoad jus quoddam universale non sunt propria castrorum sed promiscua cum ipsa Aquilana Inclyta Civitate, suntque de ejus districtu, adeo quod non in alieno, sed in suo territorio cives in eadem Civitate collectant ac solvunt; nam, ut dicitur, nullibi de divisione apparere potest, & ad terminos ejusdem capituli territoria deberent esse castrorum, ibi *Et alii in eis vel eorum territorio.*

NON OBSTANT contraria circa quorum resolutionem pondus ac vis præsentis consultationis consistit, & Primo *Castrensis authoritas in d. l. si fundum, §. qui fundum num. 6.* quod ex uno territorio totali deinde diviso duo fiant territoria, & sic aliud territorium de per se exceptum de totalitate fundi, ut inde possit congrue inferri ad quæstionem, super qua ex facto *Paulus* ipse consuluit, & ad præsentem casum etiam. Nam responderi potest, in proposito dictam doctrinam ex textu elicitam nequaquam aptari posse, non enim fuit per CATHOLICAM MAJESTATEM deventum in effectu
17 ad divisionem aliquam territorii nisi quoad jurisdictionem, ut alias fuit per me dictum, nec est credendum eundem SACRATISSIMUM IMPERATOREM voluisse Civitati

tati

tati auferre, quod suum erat licet promiscuum, & illud totum promiscuum assignare Comitatensibus, hoc enim fuisset non solum remunerare illos armorum Capitaneos, sed etiam remunerare comitatenses & castra, quæ non minus contravenisset, si causa prætensæ separationis fuisset vera, quam ipsa Civitas, quod certe esset absurdum, & ideo dicendum est, de tali concessione ut favorabili ipsis castris concedentem non sensisse, & sic sibi ipsi præjudicium inferre, privando suam Civitatem proprio districtu in ejus demanio reremansuram REGALI CORONÆ annexam, & ampliando territorium castrorum idest de promiscuo faciendo territorium proprium quoad illud jus universale & districtuale, cum Imperator sit prudentiæ plenus ac sapientiæ pariter & justitiæ, imo reddendo subditos & inferiores Civitate superiores & digniores, est namque indignum & absurdum ut inferiori superior subjiciatur, neque hoc a Principe concessum præsumitur, *c.* 1. §. *praterea Ducatus*, *de prohib. feud. alien. per Frideric. Jacob. Menocb. cons.* 75. *Hac jamdiu*, *num.* 30. *col.* 5. *in princ. lib.* 1. Sensit ergo solum de separatione quoad jurisdictionem, firma remanente originali promiscuitate territorii per alium IMPERATOREM FRIDERICUM concessi cum princeps, an aliquid concesserit vel non, aut concessurus fuerit, ejus probabilis conjectura inspicitur, ita notanter dixit *Lapus in alleg.* 89. *Duo pralati*, *col.* 4. quem sequitur *Sigism. de Losfred. cons.* 24. *Vergit in Regia Camera*, *col.* 3. *num.* 11. & certe antedictæ conjecturæ urgentissimæ sunt ad clarificandum mentem Imperatoris non fuisse dictam promiscuitatem labefactandi ac prosternendi; Ad quod facit solemnis decisio Domini Præsidentis *Vincentii de Franch. in decis.* 316. *Mulier inhonesta*, *num.* 3. & 4. *lib.*

lib. 2. ubi dicit fuiſſe ſuper hoc dubitatum, ex capitulo INVICTISSIMI REGIS Catholici *num. 69.* conceſſum fuit ut ſcolares exteri qui Neapoli habitant ſine mulieribus poſſint de vicinia honeſta expelli, quæ gratia non operabitur contra ſtudentes Neapolitanos, & per conſequens nec Caſalium Civitatis, *l. qui ex vico, ff. ad municip.* utrum hoc procedat in ſtudentibus caſalium dictæ Civitatis diviſorum quoad juriſdictionem a Civitate, & concludit non eſſe de hoc dubitandum, quia iſti non obſtante diviſione facta quoad juriſdictionem in reliquis remanent cives civitatis, *l. 1. Cod. de metrop. Berytho. lib. 11. ubi Ang. in 1. addit. ad Bart.* per illum textum ibique alios citat, inferendo ad tor-
18 turam non dandam Neapolitanis ex proceſſu informativo per Magnam Curiam ex ejus præheminentia niſi præcedente diſpenſatione Suæ Excellentiæ, quod inquit ſervari in Regiis Tribunalibus in hominibus Turris Octavæ & Caſalis Mileti caſalibus dictæ Civitatis, licet ab ea diviſis, & aliis in feudum conceſſis, quæ deciſio multum facit, ut inter Civitatem & caſtra remaneat illæſa illa origo & civilis promiſcuitas; Quod voluere etiam *Bald. conſ.* 183. *Statuto Civitatis Veronæ cavetur, ſub num.* 2. *verſic. Unde ſi dicta lib.* 2. *Andr. Alciat. conſ.* 11. *Non modicam, num.* 1.
19 *verſic. Sed iſtis non obſtantibus, lib.* 5. Suntque privilegia iſta ſeparationum, ſi modo hujuſmodi hæc ſunt valde odioſa, & ob id ſtrictiſſimam tantum interpretationem admittunt, ut ſcribunt *Abb. in cap. cum dilectus, de donat. & Anton. de Prætis in tract. de juriſd. Epiſcopi cap.* 1. *num.* 8. ea eſt ratio, quia ex illa ſeparatione non leve detrimentum afſertur loco, a quo ſeparatio fit, ut teſtatur *Menoch. d. conſ.* 75. *num.* 29. *dict. vol.* 1. Et prout non negatur fuiſſe merum & mi-

mixtum imperium in Barones translatum, sic negatur fuisse quicquam additum castris in præjudicium dictæ promiscuitatis, & rescripti verba potius sunt improprianda, quam ut indebitè tertio, & sic Civitati Aquilæ præjudicium fiat, *Bald. in cap. super eo in ult. not. de offic. deleg. Jas. cons.* 57. *Visis literis, col. fin. versic. Imò forma rescripti, lib.* 3. *& in l. ex facto, in* 4. *not. num.* 5. *de vulg. & pupill. Dec. cons.* 11. *Et pro tenui facultate mea, num.* 4. *col.* 4. Et tunc præsertim cum is tertius tempore concessionis rescripti nec monitus, nec auditus de jure suo fuit, non enim præsumitur Princi-
20 pem velle alterum lædere, ut alteri prosit, *l.* 2. §. *meritò*, §. *si quis a principe, ff. ne quid in loc. public. Curt. Jun. cons.* 88. *Præsupponitur in facto, num.* 8. *cons.* 142. *Habita diligenti consideratione, num.* 3. *ubi plures citat, Ceph. cons.* 6. *Ill. & Excellentiss. Dux Ferrariæ, num.* 1. *vol.* 1. *cons.* 28. *In hac causa, num.* 5. *Surdus cons.* 42. *In hoc Ducatu, num.* 20. *& is lib.* 1. *Jacob. Menoch. dict. cons.* 75. *num.* 64. *&* 65. Siquidem princeps aliquid dat vel confirmat, semper intelligitur clausula, salvo jure tertii, *Dec. in l. milites, num.* 6. *C. de testam. milit. Andr. Alciat. in tract. præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 11. *num.* 10. *Cephal. cons.* 133. *Multa sunt, num.* 103. *dict. vol.* 1.

Secundò potest responderi ante dictæ doctrinæ Pauli Castrensis, ut illi respondit *Laurentius de Pinu cons.* 3. *In causa Mantuana, num.* 12. *& in fin. num.* 24. quod quando castrum unitum civitati separatur ab ea & datur alteri, transit jurisdictio, illa ratione quia castrum
21 & villa sunt nomina designantia quandam universitatem, & in se continentia jurisdictionem & honorem, secundum *Bald. in cap.* 1. *in* 3. *col. in fin. versic. Et ideò dicit Innoc. de capit. qui cur. vend.* sed quæ con-

cernunt, velut peculium civitatis, apud ipſam civitatem remanent, & non videntur eſſe tranſlata, ſed iſtud jus collectandi reſpicit quaſi peculium & ſtatum
22 civitatis, nam ſi diſtrictum non habet qui conſiſtit in promiſcuitate territorii, non poteſt cataſtum facere, & ſic non poteſt collectas imponere ac Regi ſolvere quod tenetur, ergo opus eſt, ut cadat civitas, & reducatur in nihilum, quod non eſt dicendum, proinde in dicta tranſlatione venire debent quæ ad juriſdictionem pertinent, & non quæ pertinent ad promiſcuitatem pro exigendis collectis, & conſequenter jus tertii, *Sigiſm. de Loffr. dict. conſ.* 24. *num.* 8. *& infr.* ubi latè de donatione juriſdictionis alicujus caſtri, de quo etiam *Guliem. Pern. conſ.* 5. *Circà diſceptationem, num.* 5. Cum autem unionis, & ſeparationis tenor inſpiciendus ſit, ut per *Innoc. Jo: Andr. Imol. & Panorm. in cap.* 1. *ut ſed. vacant. Albert. Brun. conſ.* 54. *In cauſa & lite vertente, col.* 2. *num.* 8. *lib.* 1. quòd in con-
23 ceſſione caſtrorum dictæ Civitatis non intellexerit Imperator præjudicare dictæ promiſcuitati in collectis, apparet ex illis verbis privilegiorum, quibus cauſam civium pro ipſis collectis remiſit ad jus, & juſtitiam in Regia Camera.

Et ut vim totius illius clauſulæ intimius attingam videlicet, *& vult etiam ipſe Illuſtriſſimus* VICEREX, *quòd homines ipſorum caſtrorum ideſt officiales Univerſitatum qui pro tempore erunt, poſſint & debeant taxare illud quod jus expoſcit juxta ordinationem Regiæ Cameræ Summariæ pro bonis quæ aliquis civis Aquilæ teneret in ipſis caſtris & feudis, & quandò contigerit id fieri pro ſolutionibus ordinariis & extraordinariis;* conſidero primò videri potius ex ſtylo inveſtiturarum appoſitam, ut ex aliis privilegiis & inveſtituris inſpici poteſt,

test, quam ex certa Imperatoris animi deliberatione, & propterea Regii Officiales non sine causa super ea dubitarunt, & in specie olim Regius Consiliarius eminentis virtutis, atque integritatis Dominus Hector Gesualdus, qui si clausulam ipsam, ut adversarii illam intelligunt, pro vera habuisset, casus a diù imò tunc fuisset decisus, non enim Imperator notitiam habuit tempore quo investivit, dictæ promiscuitatis, & compositionis per IMP. FRIDERICUM factæ, & per CAROLUM II. REGEM confirmatæ, ac declaratæ, quam quidem promiscuitatem non omnes percipiunt, & vix ab ipsis civibus & comitatensibus bene capitur, hinc primus accessus in loci faciem extitit ordinatus, & iste secundus successit, in dictisque concessionibus multa affluenter enunciata conspiciuntur, quæ non sunt nec unquam fuerunt in castris ipsis, imò concessa extitere aliqua ad civitatem & cives pertinentia, ut Montaneæ, quæ postmodum fuerunt cum interventu olim Clarissimi Doctoris Domini Bartholomæi Camerarii ad id specialiter delegati, & D. Pyrrhi Pagani restitutæ: Nimirum si deindè idem IMP. CAROLUS V. dictas concessiones erroneas declaravit expressimque revocavit, nam non contra Civitatem concessisset, sed contra SUAM REGIAM MAJESTATEM, cives siquidem submoto
24 ac deficiente districtu non possent, ut aliàs dictum fuit, collectas & functiones Regias imponere, privasset civitatem territorio, quæ remansit estque demanialis, & quod castrorum non erat, ipsis castris dedisset, imò si vera fuisset separationis causa, de illa comitatenses præmiasset destruendo suam vetustissimam Aquilæ fidelissimam Civitatem demanialem, nobilesque armis atque literis cives ac subditos fidelissimos erigendo villanos, quod non est asserendum.

Secundò ex verbis illis privilegii, *separando dicta castra & feuda cum eorum juribus omnibus a dicto Comitatu*
25 *Aquilæ*, videtur de juribus civitatis eidem competentibus proprie ut civitati non intellexisse, sed illi Comitatum remansisse, id est territorium ut promiscuum præsupponi, ad idemque alia verba, *aliisque juribus directibus, actionibus, rationibus, & proprietatibus ad dicta castra spectantibus*. Item alia, *& locis prænarratis ipsorumque territorio & districtu commissis*, & sic non in districtu prout civitatis est; rursus alia, *& quod nullo unquam tempore dicta castra ut supra vendita reuniri, & reintegrari debeant per Regiam Cameram cum dictis juribus Aquilæ & Comitatu*, undè præsupponit jura sua civitati remanere.
Prætereà sunt illa verba consideranda, *pro bonis quæ aliqui ex civibus Aquilæ tenent in dictis castris & feudis*, quæ non tangunt districtum, territorium, sive Comitatum Aquilanum in quantum origine promiscuum est. Item alia, *nec aliquis ex hominibus & vassallis dictorum castrorum aut casalium prædictorum aut in eorum & cujuslibet ipsorum territorio & districtu*, semper ergo se refert ad ea quæ castrorum sunt. Ultimò advertendum existimo, Excellentissimum D. Don PETRUM de TOLEDO in illa clausula præsupponere comitatenses habere ipsorum territoria propria non promiscua, & subindè quod castrum quodlibet suum retineret territorium in quo cives possideant,
26 quod non est, cum totum territorium omnium castrorum in quantum ad Civitatem & ad omnia castra promiscuum sit, sed pro districtu & Comitatu ipsi Civitati assignatum, adeò quod erronee prædicta clausula apposita conspicitur.
27 Tertiò, ut ad *text. in dict. l. si fundum*, §. *qui fundum*,

dum, redeam, videtur magis posse in contrarium retorqueri, nam ideò *Julianus Jurisconſ.* in sententiam illam inclinat, ut testator de solo etiam in illo legato cogitaverit, tanquam sine illo ædificium stare non possit. Sed concessio facta castrorum in feudum absque translatione juris collectandi cives pro bonis in territorio promiscuo possessis stare potest, igitur idem *text.* ad propositum, sublata necessitate, facere nullo modo constat. Secundò non repugnat *Oldradi authoritas conſ.* 252. *col. fin. verſic. Cum autem*, cujus dicta alta certè disputatione reassumpsit *Bald. in dict. cap.* I. *de capit. qui cur. vend.* Nam ut ipse eo loco affirmat referendo *Jacob. Butrigarium*, per privilegia IMP. CAROLUS V. jurisdictiones quæ pertinebant ad ipsum concedentem videntur fuisse translatæ, non autem territorium, in quantum ad promiscuitatem respicit Civitatem jure quodam proprio, *juxt. gloſſ. in l. inter publica, ff. de verb. ſign.* sed territorium prout tangit castra & in concernentibus eadem castra poterit translatum censeri sine promiscuitatis præjudicio, nam *Jacob. Butrig. Innoc. Oldrad. Bald.* & cæteri non loquuntur
18 in castris, ita promiscuis cum civitate quæ simul civitatem faciunt, & omnia dicuntur AQUILA antiquissima Urbs ex AMITERNO, & sunt per quandam unionem inseparabilem ab origine constituta, ita quod promiscuum totum territorium pro districtu remaneat per Fridericum limitatum & assignatum. Nec quicquam faciunt nonnulla alia, quæ Castrensis affert, tanquam ab istis terminis extranea, non enim Comitatenses immunitatem aliquam ex jure communi retinent, ut clerici & Ecclesia, sed prætendunt jus collectandi ex afferta separatione, quæ tamen originariam promiscuitatem quoad jus civilitatis & originis non ab-

abstulit pro territorio & districtu retinendo.

Ad tertium fundamentum de non facta probatione promiscuitatis per allegatum privilegium IMP. FRIDERICI, quod originaliter non producitur, sed in quibusdam exemplis non authenticis, dici potest de tali privile-
29 gio dubitari non oportere; Nam *dict. auth. si quis in aliquo*, non procedit ratione multæ antiquitatis, ex iis quæ *not. Innoc. in cap. veniens, de verb. sign.* tunc enim cum difficilis sit probatio sufficit levior, etiam per conjecturas, *arg. l. non omnes*, §. *a barbaris*, *ff. de re milit.* & *post Innoc. Jo: Andr.* & *Bald.* sic scribit *Paul. de Castr. cons.* 139. *Pro declaratione, col. fin. in princ. ante num.* 4. *lib.* 1. præsertim cum privilegium prædictum metam centum annorum excedat, ut per eundem *Castrens. ibi*, *num.* 5. fuit enim IMP. FRIDERICUS in Anno Domini 1250. Ad quod aliis prætermissis faciunt tradita per *And. de Isern. in prælud. feud. in princ. num.* 25. *versic. Omne quod ra-*
30 *tione consistit*, dum concludit librum feudorum esse authenticum cum semper fuerit publicè habitus pro libro illius scientiæ, & quia tempore, cujus initii memoria non est, idem liber in studiis sicut alii libri habitus fuit, non est ergo derogandum ei quod semper certam interpretationem obtinuit, *l. minime*, *ff. de legib.* sed sic est quòd dictum privilegium in pergameno reperitur exemplatum in multis libris antiquissimis apud publica archivia repertis, istisque libris semper fuit fides adhibita tanquam libris publicis, quorum authoritas nunquam fuit in quæstionem dubiumque revocata, meritò illis est standum & credendum, *Andr. ubi suprà versic. Item numquam fuit*, *facit text. in l. sed ea quæ*, *dict. tit. de legib. cum simil.*

Nec dicatur, istud privilegium inefficax fuisse redditum

& ex-

& extinctum cum effectum non habuerit, non enim castra & ædificia omnia in territorio sita, fuere demolita, prout idem privilegium dictat, *l.* 1. *ff. de nun-*
31 *din.* Nam respondetur, sufficere si in aliquo executum fuerit, licèt non in totum, tunc etenim cessat præscriptio decennalis atque extinctiva privilegii in aliis partibus, *ut l. una est via, de servit. rustic. præd. & l. stillicidii, ff. quemadm. servit. amitt. & post Cynum tradit Signorol. de Homod. conf.* 70. *In quæstione vertenti, col. antepen. versic. Et retentione, lib.* 1. *Andr. Alciat. de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 11. *num.* 8. *Francisc. Bursatt. consf.* 162. *Quoniam tria sunt, num.* 35.
32 *lib.* 2. Præterea dict. l. 1. procedit, si quis non fuit privilegio usus cum potuit, secus si per ipsum non stetit, *l. sed Attilicinius, dict. tit. de servit. rustic. præd. Fælyn. in cap. cum accessisset, num.* 25. *de constit.* Sed per Civitatem Aquilæ non stetit dicto privilegio uti, cum multa castra disjecerit, & si non omnia, id evenit ex reservatione facta per FRIDERICUM privilegio ipso, ibi *illis duntaxat exceptis quæ pro Curia nostra volumus custodiri, & excepto castro quod nobis liberè reservamus*, meritò non potest aliqua extinctio aut præscriptio antedicti privilegii prætendi, quod magis in totum fuit suum effectum sortitum quam in partem: & quod per Civitatem non steterit omnia demoliri, constat ex alio privilegio REGIS CAROLI, qui ibi demolitiones factas remittit indulgendo: Cumque
33 districtus fuerit Civitati confirmatus juxta assignationem FRIDERICI per dictum REGEM CAROLUM II. & JACOBUM ejus genitorem, nec non per REGINAM JOANNAM I. non potest dictum primum privilegium in aliquod discrimen evocari, maxime quia in dubio judicandum est privilegium perdurare, *Federic. de Sen. conf.*

conf. 233. *Casus talis est*, *Monasterii ejusdem ordinis*, *col. fin. versic. Item in dubio*, *Dec. conf.* 165. *Viso tenore privilegii*, *col. fin. ante num.* 3. *versic. Et hoc patet*, *Aym. Cravett. conf.* 21. *Homines Sanctæ Agnetis*, *col. fin. num.* 14. *versic. Postremò ubi res*, *lib.* 1. qui alios citat, & tradit *Jo: Vincent. de Anna alleg.* 46. *In causa Universitatis num. 6. lib.* 1.

Non obstat Quarta consideratio promiscuitatis unius castri extra ad idem castrum intra Civitatem, non autem inter alia castra invicem inter quæ limites & termini conspiciuntur, ut territoria sint plura & divisa, adeo quod possidentes in uno castro solvant bonatenentiam in alio sive aliis, quæ castrorum distinctio rationabilis est, nam quælibet oppida suos fines habere præsumuntur, *vulg. dict. l. pen. ubi Doct. C. de instit. & substit. sub condit. fact.* Cum breviter dici possit territoria ista per castra divisim possessa, fuisse
34 olim in communi territorium AMITERNI Urbis vetustissimæ Samnitum in Vestinis; cives enim disjecta Urbe ipsa Amiterninorum a Spurio Carvilio & Papirio Cursore Romanis Consulibus castra erexere, divisionemque quandam territorii fecerunt, donec abhorrentes agrestem vitam in castris, reminiscentesque se esse cives Amiterninos, AQUILAM Civitatem sub IMP. FRIDERICI auspiciis construere deliberarunt, seque sic disjectos in unum congregare, ad pristinamque civilitatem redire, ac de pluribus collegiis unum corpus facere, res enim de facili ad pristinam naturam revertitur, *l. si unus*, §. *pactus ne peteret*, *ff. de pact.* quam civitatem erexerunt, & quamvis unumquodque collegium suum territorium retinuerit, sive omnes de castro aliquo urbem intrassent, sive pars incolentium aliquod castrum, foris remansisset, alia verò urbem

adve-

advenisset, intenderunt Civitati illam antiquissimam prærogativam ex FURCONIO & AMITERNO deductam
35 tribuere, ut omnia castra cum suis territoriis sic distinctis, cumque ipsa Civitate unum esset corpus, & omnia insimul AQUILA dicerentur SAMNITUM PRINCEPS AMITERNÆ ATQUE FURCONENSIS ANTIQUITATIS SERVATRIX celeberrima, in qua jus redderetur tam civibus quàm Comitatensibus, & per quam exigerentur omnes impositiones juxta catasta antiqua quæ extant ab ipsa Civitate ordinata, & quæ suum effectum suamque executionem habuerunt, prout ex decem antiquis libris exactionum Regio D. Præsidenti ostensis constitit, adeo quòd non solum cives, sed etiam Comitatenses Civitati solvebant, quæ collectas imponebat, & Commestabiles sive exactores constituebat tam pro civibus, quàm comitatensibus, eratque
36 singulare & unicum proprium catastum sive æstimum omnium castrorum tam intus quàm extra, licèt plura essent catasta respectu singulorum castrorum, in quibus omnes cum ipsorum bonis allibrati erant. Modò distinguendum est reali distinctione, quòd aut volumus territorium considerare respectu comitatensium, qui subjacent Civitati quasi in multis dominanti, licèt castra una cum ipsa Civitate demanialia essent, & negari non potest, inter aliqua castra territoriorum distinctionem remansisse, quam ex adverso consulentes præsupponunt; nam Civitas se erigens & Imperator Fridericus annuens noluerunt illam imaginem post AMITERNUM dirutum susceptam penitus delere; quod etiam necessarium fuit ad confusionem tollendam, castra namque suas pertinentias habere debent, sine quibus vivere incolentes non possunt, *dict. l. pen. & quod not. in cap. cum ad sedem, de restit. spol. per*

Innoc. & Jo: Andr. & quod not. in cap. si quis Episcoporum, *16. qu. 1. Paul. de Cast. dict. cons. 139. in princ. dict. vol.* 1. & tradunt alii quos supra allegabam: Aut verò volumus totum territorium respectu Civitatis Aquilæ suorumque civium attendere, & tunc ipsum totum est districtus civitatis ejusdem, ut districtus diffinitur per *Fælin. in cap. Rodulphus*, *sub num.* 18. *versic. Dixit etiam Francisc. de Aretio*, *extr. de rescript.* referentem Aretinum ipsum *in consil.* de quo ibi, quòd nunquam vidit bene declaratum quid sit proprie *districtus*, undè ipse dicit, quòd *propriè est dominium vel territorium accedens civitati in subjectionem ultrà fines simul cum civitate statutos*, *intra quos quicquid est territorium*, *l. pupillus*, *§. territorium*, *ff. de verb. sign. Natta cons.* 329. *Quatuor vel quinque annis*, *num.* 1. & 2. *lib.* 2. Et sic Co-
37 mitatus est propriè civitatum districtus civitatis accessio, ut ibidem *Fælyn. inquit alios allegans*, & *tradit Bald. cons.* 459. *Ad evidentiam præmittendum est*, *sub num.* 1. *versic. Et differt a comitatu*, *lib.* 1. *Hipp. Riminald. cons.* 165. *Dicitur bullam Summi Pont. Bonifacii*, *col.* 4. *num.* 23. *versic. Quia districtus*, *lib.* 2. & est, ut pluries dictum extitit, unum corpus promiscuum, cum res redierit ad illam primævam dictæ antiquissimæ Urbis communionem & præheminentiam, quod quidem FRIDERICUS IMP. declaravit & dixit in ejus privilegio, scilicèt, *Ut igitur tam nobile opus nostrarum manuum speciali munificentiæ nostræ gratia se gaudeat insignitum*, *Civitatem ipsam infrascriptis*
38 *finibus videlicèt a Cornu putridi usque et per totum* AMITERNUM *statuimus limitandum*, *publicantes ad situm et districtum Civitatis ipsius et ad opus Universitatis ejusdem*, *colles omnes adjacentes qui* AQUILA *vocan-*

vocantur, *et terras omnes circumquaque jacentes*; quæ Friderici verba in ſuperiori conſilio eadem de materia *in* 5. *fundam.* pro Civitate allegabam, Carolus etiam II. idem ſancivit ſupprimendo localia, diſtincta caſtrorum in impoſitionibus & præſtationibus, ſed ſub Aquilæ vocabulo talia fierent. Si igitur Civitati & civibus totum territorium omnium caſtrorum eſt diſtrictus, cataſta civium debent fieri per civitatem, illique pro bonis ſitis in comitatu tamquam in proprio diſtrictu eſt ſolvendum.

Denique licèt caſtra inter ſe diviſa ſint, non tamen diviſa a corpore Civitatis dicentur, ſicut enim pes &
39 manus duo diſtincta ſunt membra, tamen utrumque in corpore hominis continetur, ut in his terminis conſiderat, *Jacob. Menoch. dict. conſ.* 75. *num.* 25. *verſic. Quia diviſione jam cognita*, *dict. vol.* 1. Abſurdis autem quibuſdam per motivantes propoſitis ex juribus per *Oldrad.* allegatis *conſ.* 296. *col.* 1. *ſub num.* 2. *verſic. Sed hoc ex neceſſitate*, & ex ejuſdem Oldradi authoritate junctis traditis per Paridem de Puteo aliâs citatis, commodè reſpondetur, *ut in* 4. *fundam. pro Civitate*, quæ nunc repetenda non exiſtimo.

Ultimò non refragatur doctrina *Andr. de Iſern. in dict. cap.* 1. *col.* 2. *num.* 61. *tit. Quæ ſunt regal.* dicentis quòd collectam affirmant Fiſcales Regni munus eſſe patrimoniale & ordinarium, quod omni anno perſonis pro rebus indicitur, quem *Bald.* ſequitur, nec ab ipſis diſſenſit *Alex. dict. conſ.* 52. *num.* 8. *lib.* 5. Nam
40 cum iſtæ collectæ perſonis ut ſupra pro rebus imponantur, nunquam poterunt forenſibus imponi ſed tantum ſubditis, quod probatur, *in l. munerum*, §. *patrimoniorum*, *ff. de muner. & honor. ubi text. dicit*, quaſdam civitates ex privilegio aſſequutas fuiſſe, quòd

quicunque habeat agrum in earum territorio solvat tantum frumentum pro quolibet agro singulis annis, ubi ponderandum est, impositionem fieri personæ pro rebus, certamque determinatam ac perpetuam præstationem esse, & tamen *text.* præsupponit illam cuicunque possessori imponi non posse, nisi de principis privilegio, & sic patet hujusmodi præstationes onus reale non esse, quia si onus reale essent utique sine privilegio quilibet possessor & forensis teneretur illud agnoscere, istumque ejus literæ intellectum approbat ibi *Bart.* & eodem modo eundem *text.* citat & intelligit ipse *Bart. in l.* 1. *Cod. de mul. & in quo loc. unde Salyc. in l.omnes,Cod.sine censu vel reliq.* dicit, quod talis collecta licèt munus ordinarium dicatur, non tamen munus impositum rebus dicitur sed personis pro rebus, inferens ut per eum, & cum hac opinione tamquam veriori pertransit *Francis. Aretin. dict. cons.* 132. *In causa quæ vertitur, col.* 1. *ante fin. versic. Restat ergo videre*. Ut pro Civitate Aquilæ sit firmandum, licet enim in claris imò verius clarissimis versemur, attamen si causa dubia fortassè videretur,
41 quod expresse negatur, contra Comitatenses collectam prætendentes in dubio esset judicandum, ut per *Corn. cons.* 199. *Circà primum*, *col.* 4. *num.* 5. *lib.* 1. *ex Bart. authoritate in l. si pupillus, in princ. versic. Hic videtur casus, ff. ad l. Falcid. & cons.* 194. *licet videatur, col. pen. sub num.* 9. *versic. Et facit quod not. lib.* 4. Et quamvis *Bart.* in gabellis verba faciat, nihilominus Corneus ad collectas utrobique infert, *Aym. Cravett. cons.* 3. spectabilis Jurisconf. *ante fin. num.* 26. *lib.* 1. *Fabius de Anna dict. cons.* 59. *num.* 83. *versic. Et cum in hac causa*, *vol.* 1. Ut supra per me conclusum fuit, dico & consulo juris esse, *Ego Josephus*

de

de Rusticis U. J. Doctor de Civitate Aquilæ, & in fidem me subscripsi, solitumque meum sigillum, quo in his utor, apponi feci; Laus Deo, & Gloriosissimæ Mariæ semper Virgini ejus Genitrici, Cœlorum Reginæ.

Copia &c.

Quæ supra summa doctrina & miro ordine elegantissimè deducta fuerunt ad favorem Inclytæ Civitatis Aquilæ per admodum Illustrem, & Clarissimum Jurisconsultum Dominum Josephum de Rusticis Aquilanum juri & justitiæ consona esse existimavi, & de simplici subscriptione requisitus subscripsi, & meo solito parvo munivi sigillo judicio saniori semper salvo. Ego Petrus Caballus *S. C. Pontremulensis, & pro Serenissimo Magno Duce Hetruriæ Fiscalis Cameræ Generalis Auditor, & in signatura libellorum supplicum gratiæ & justitiæ primus Consiliarius.*

Locus sigilli.

Adeò luculenter egregie ac subtiliter per tot conclusiones quas in jure veras arbitramur secundum ea quæ proponuntur partes Inclytæ Civitatis Aquilanæ defensatæ fuerunt per Illustrem & Clarissimum Consulentem Doctorem Josephum de Rusticis, & confirmatæ autoritate per Illustris & Excellentissimi omnique ævo memorandi præclarissimi, & sapientissimi Jurisconsulti D. Petri Caballi *S.C. Fisci Cameræ generalis Auditoris, & primi Consiliarii in signatura libellorum supplicum gratiæ & justitiæ, ut nullus additionis locus remansisse videatur. Et ideò de simplici subscriptione requisiti DD. Auditoris hujus Rotæ Florentinæ libenter nos illis subscribimus*

bimus sub censura &c. THOMAS ANRIQUES *Prætor*. HECTOR FELICIUS *&c.*

Præmissam consultationem Eximii ac Celeberrimi Jurisconsulti Domini JOSEPHI DE RUSTICIS *diligenter accuratèque perlegi eamque uti doctam, subtilem, jurique consentaneam amplector. Ego* MATTHÆUS MARCOLINUS. *U.J.D. Fanensis unus ex Rotæ Florentinæ Auditoribus, & in fidem manu propria me subscripsi, & solito sigillo munivi.*

Locus sigilli.

Ego JULIUS CABALLUS *Jurisconf. & Auditor Rotæ una cum Dominis meis Collegis de simplici subscriptione requisitus propria manu &c.*

Ego JOANNES BAPTISTA BURGHISIUS *Jurisconf. Senensis & in Rota Florentina Auditor de simplici subscriptione requisitus propria manu &c.*

Ego HECTOR DE ABBATIBUS *U.J.D. & Rotæ Florentinæ unus ex Auditoribus de sola requisitus subscriptione subscripsi.*

Ego HORTENSIUS CAVALCANUS *Jurisconf. in Civitate Florentiæ Judex Universitatis Artis lanæ, & Advocatus Florentinus de subscriptione requisitus subscribo, & cum supradictis Dominis meis libentissimè concurro, & solito meo sigillo confirmo.*

Locus sigilli.

Supradictæ subscriptiones extractæ sunt aliena manu a suo proprio originali consilio, cujus principium est, *Provisus denique in loci faciem accessus*, reddito per U. J. D. Josephum de Rusticis in causa bonatenentiæ pro Civitate Aquilæ, cum quibus quidem originalibus subscriptionibus, munitæ propriis subscribentium sigillis,

lis, facta diligenti collatione præsentes hæ concordant meliori tamen semper salva. In quorum fidem ego *Joannes Vincentius Paparifcus* de Aquila Regia auctoritate Notarius præsentes feci, & ad majus robur solito signo signavi, requisitus &c.

Locus sigilli.

Quæ in doctissima consultatione per Excellentissimum Dominum Rusticum firmata sunt, nobis etiam summopere probantur, & juridica esse videntur. Propterea de simplici subscriptione requisiti libentissimè & subscribimus & subsignamus. HIERONYMUS BONARELLUS *U. J. D. & Illustrissimi & Reverendissimi D. D. Cardinalis Justiniani Bononiæ Legati Auditor Generalis, &c.*

Locus sigilli.

ANTONIUS ORSINUS *U. J. D. & Illustrissimi & Reverendissimi D. D. Cardinalis* JUSTINIANI BONONIÆ *Legati Auditor &c.*

Locus sigilli.

BONIFACIUS MARTINELLIUS *U. J. D. & Illustrissimi ac Reverendissimi D. D. Cardinalis* JUSTINIANI BONONIÆ *Legati Auditor &c.*

Locus sigilli.

Sufficienter evacuata mihi videntur Motiva emissa contra Inclytam Civitatem Aquilæ, & abundè etiam stabilita ejusdem Civitatis jura, in proxima præcedenti consultatione Excellentissimi Domini mei JOSEPHI DE RUSTICIS. *Quamobrem prompto animo illi subscribendum censui,*

de

de hoc simpliciter requisitus ego. ANGELUS SPANNOCCHIUS *U. J. D. Patricius Senensis, ac Bononiæ Professor Primarius.*

Locus sigilli.

Ego LEONARDUS COLUMBINUS *Patricius Senensis Almæ Rotæ Bononiæ Prætor ex his quæ ab Excellentissimo Domino Consulente proponuntur, Aquilanos Collectarum, de quibus agitur, oneri non subjacere, juris esse censeo, & in fidem de simplici subscriptione requisitus nomen proprium inscripsi, & solito signo munivi, salvo semper &c.*

Locus sigilli.

Ego PETRUS LAURENTIUS FORTIGUERRA *J. C. Pistoriensis, Divi Stephani Eques, Rotæ Bononiensis Auditor in sententiam Clarissimi Domini Consultoris concurro, ideò subscripsi parvoque meo signo obsignavi.*

Locus sigilli.

In eandem sententiam celeberrimi Domini Consultoris concurro ego SCIPIO BORNIUS *U. J. D. Fivizanensis Almæ Rotæ Bononiensis Auditor salvo &c. & in fidem propria manu me subscripsi de simplici subscriptione requisitus, & parvo meo sigillo signavi.*

Locus sigilli.

Consultationem, de qua supra, juridicam esse, & ego censeo SEMPRONIUS DE SEMPRONIIS *J. C. & Judex Urbini Collegii, & Rotæ Bononiensis Auditor, & in fidem propria manu me subscripsi, ac solito signo subsignavi, &c. salvo tamen semper &c.*

Locus sigilli.

Ean-

Eandem ſententiam probo, quam præclarus J. C. tuetur, ab aliis doctiſſimis viris confirmatam, uti juri ac rationi conſentaneam & admodum probabilem, de ſimplici ſubſcriptione requiſitus.

Ego Zaccharias Giraldus *Juriſconſ. Bononienſis & in Patrio Ginnaſio Pandectarum Interpres.*

Locus ſigilli.

Supradictæ ſubſcriptiones extractæ ſunt, aliena manu, a ſuo proprio originali conſilio, cujus principium eſt, *proviſus denique in loci faciem acceſſus*, reddito per U. J. D. Joſephum de Ruſticis in cauſa bonatenentiæ pro Civitate Aquilæ; cum quibus quidem originalibus ſubſcriptionibus, quæ munitæ cernuntur propriis ſubſcribentium ſigillis, facta diligenti collatione præſentes hæ concordant meliori tamen ſemper ſalva. In quorum fidem ego *Joannes Vincentius Papariſcus*, de Aquila Regia auctoritate Notarius præſentes feci, & ad majus robur ſolito ſigno ſignavi, requiſitus &c.

Locus ſigilli.

Doctiſſimum Reſponſum Præclariſſimi Juriſconſulti D. Joſephi Ruſtici, juri & æquitati conſonum, ego Ludovicus Sacca *Patricius Parmenſis Sereniſſimi D. D. Ducis Parmæ & Placentiæ, &c. Conſiliarius a latere, cenſeo. Et quoniam in eo facta fuit dubitando mentio contrariæ conſuetudinis totius Italiæ, fidem facio & atteſtor in toto hoc Ducatu ſemper obſervari vidiſſe, & in dies obſervari, quod cives & Incolæ civitatum pro bonis quæ poſſident in Caſtris & locis infeudatis, cum ipſis civitatibus onera tulerunt, & ferunt, non obſtantibus am-*

plissimis feudatariorum privilegiis, & investituris ac separationibus, & in fidem subscripsi ut supra, & sigillo meo munivi. Parmæ die 12. *Aprilis* 1611.

Locus sigilli.

Visa ac diligenter considerata consultatione Excellentissimi & nunquam satis laudati J. C. D. Josephi Rustici, *eam uti solidissimis rationibus & fundamentis, Doctorumque autoritatibus munitam & comprobatam, veram juridicamque esse comperii, eique nil aliud addi posse existimavi, nisi quòd dum annis retroactis Magistratum quo in præsentiarum fungor in hac Civitate gerebam, semper fuisse observatum vidi, quòd cives in castris & locis infeudatis cum amplissimis privilegiis, exemptionibus & immunitatibus, ac a Civitate separatis, bona possidentes collectas & onera pro eis cum aliis civibus civitati persolverunt ac quotidie persolvunt, quod etiam in Civitate Placentiæ Patria mea observatum fuit & observatur: In quorum fidem ego* Julius Caracciolus *J. C. Comes & feudatarius Placentinus, Serenissimique D. Ducis Placentiæ & Parmæ &c. Consiliarius, & Parmæ pro eodem Gubernator manu propria me subscripsi, solitoque meo sigillo munivi. Parmæ die* 18. *Aprilis* 1611.

Locus sigilli.

Percurri totum doctissimum Responsum Clarissimi J. C. Domini Josephi de Rusticis, *& conclusionem ab eo firmatam ad favorem suæ Nobilissimæ Patriæ non minus è fontibus justitiæ & veritatis esse haustam, quàm ex abundantia amoris erga suam Patriam prodiisse comperii, & adeo abundè & copiosè, ut omnis additio quæ aliquid*

novi

novi vel melioris afferre possit, impossibilis & superflua videatur. Et hoc jure utimur in partibus istis Lombardiæ Cispadanæ, ut cives habentes prædia & possessiones in districtibus Castrorum & Oppidorum separatorum a Civitate Parmæ, Placentiæ, Mutinæ, Rhegii, Cremonæ & aliis civitatibus, & infeudatorum cum amplissimis privilegiis Domicellorum horum, munera tamen faciant cum aliis civibus civitatis, a qua separata fuerunt, & non cum Oppidanis dictorum locorum, & specialiter collectarum solutiones. Ideò libentissimè subscribo me sententiæ suprascriptæ Excellentissimi Domini JOSEPHI *quondam, ut in alia subscriptione dixi, mei Commilitonis in Perusino Gymnasio & nunc Domini Observandissimi. Ego* SFORTIA ODDUS *U. J. D. Perusinus, & in hoc florentissimo Parmensi Gymnasio Juris Cæsarei Professor Primarius cum Eminentia, & Ducalis Consiliarius.*

Locus sigilli.

In eamdem sententiam concurro ego quoque PAULUS TUSSIGNANUS *U. J. D. Bononiensis, & in Almo Parmensi Gymnasio Primarius & Ordinarius Jurisciviles Interpres matutinus, & Ducalis Consiliarius.*

Locus sigilli.

Supradictæ subscriptiones extractæ sunt, licet aliena manu, a suis originalibus subscriptionibus, munitis propriis subscribentium sigillis penes consilium, cujus initium est, *Provisus denique in loci faciem accessus* in causa bonatenentiæ per U. J. D. Dominum Josephum de Rusticis redditum pro fidelissima Civitate Aquilæ patria sua &c. Et invicem facta collatione concordant, meliori semper salva. In quorum fidem Ego *Joannes*

Vincentius Paparifcus de Aquila Regia auctoritate Notarius præfentes feci , & ad majus robur folito figno fignavi.

Locus Sigilli.

Licèt de fimplici fubfcriptione requifitus foli autoritati Celeberrimi Domini Jofephi de Rufticis Confulentis me fubfcribere potuiffem , cum ejus fides & eruditio fingularis mihi probatiffima fit, tamen ut meo muneri fatiffacerem ejus dicta accuratè legere & diligenter perpendere volui , & cum illa juridica invenerim, ut cætera ejus fcripta effe folent , libentiffimè in fidem me fubfcripfi & proprio figillo munivi . JOANNES BAPTISTA SPADA *U. J. D. Lucenfis Sacræ Conciftorialis Aulæ ac Fifci & Cameræ Apoftolicæ Advocatus.*

Locus Sigilli.

Et ita juris effe cenfeo ego quoque HIERONYMUS DE RUBEIS *Sacræ Conciftorialis Aulæ & Inclyti Populi Romani Advocatus.*

Locus Sigilli.

Idem juris effe fentio ego JOANNES BENINUS *Sacræ Aulæ Conciftorialis & Inclyti Populi Romani Advocatus.*

Locus Sigilli.

Idem juris effe fentio ego JULIUS PHŒUS *Sacræ Aulæ Conciftorialis Advocatus.*

Locus Sigilli.

Ita ut fupra doctiffimè ac fubtiliffimè fcriptum fuit juris

effe

esse censeo ego Aloysius Guicciardinus *Sacræ Aulæ Concistorialis Advocatus.*

Locus Sigilli.

Ita juris esse censeo, ego Nicolaus Zambeccarius *Sacræ Concistorialis Aulæ Advocatus.*

Locus Sigilli.

Idem quoque censeo juris esse, ego Bernardinus Bonioannes *Sacræ Concistorialis Aulæ Auditor.*

Locus Sigilli.

Supradicta omnia juri consona mihi videntur Bernardino Theophilo *Sacræ Concistorialis Aulæ Advocato.*

Locus Sigilli.

Idemque juris esse censeo, ego Diomedes Varesius *Sacræ Concistorialis Aulæ Advocatus.*

Locus Sigilli.

Idem juris esse censeo, ego Julius Roma *Sacræ Concistorialis Aulæ Advocatus.*

Locus Sigilli.

Supradictæ subscriptiones extractæ sunt aliena manu a suo proprio originali consilio, cujus principium est, *inspecto tenore Privilegiorum Imperatoris Federici*, reddito per U. J. D. Josephum de Rusticis in causa bonatenentiæ pro Civitate Aquilæ, cum quibus quidem originalibus subscriptionibus munite propriis subscribentium sigillis facta diligenti collatione præsentes hæ,

hæ concordant meliori tamen semper salva. In quorum fidem ego *Joannes Vincentius Paparisceus* de Aquila Regia auctoritate Notarius præsentes feci, & ad majus robur solito signo signavi.

Locus Sigilli.

Lectis & degustatis pluries suprascriptis authoritatibus & fundamentis, selectis per præstantissimum & juris civilis disciplinæ eruditissimum Dominum Josephum de Rusticis, qui sicut in suis egregiis lucubrationibus in lucem editis, difficilem illam materiam an & quando filii positi in conditione censeantur dispositive vocati, doctè & copiosè pertractavit, ita etiam hodie in favorem Vetustissimæ ac Inclitæ Civitatis Aquilæ pro defensione promiscuitatis & unionis Territorii & Castrorum olim Caroli Secundi Imperatoris Privilegio eidem concessæ adeò luculenter ac ex veritate scripsit, ut vix ullum aut exiguum quidem locum additioni & subscriptioni reliquerit. Quare de simplici subscriptione requisitus, libenter hoc suum doctissimum consultum juri consonum esse dico, & obsigno solito meo sigillo

Ego Marcus Antonius Mancinus *U. J. D. Perusinus salvo semper &c.*

Locus Sigilli.

Suprascriptum responsum adeò copiosè doctè & subtiliter redditum fuit per Clarissimum D. Consulentem in favorem Inclitæ Patriæ suæ, ut nullus locus additioni desiderari possit. Undè conclusionem supradictam juri consonam secundum ea quæ proponuntur mea subscriptione confirmo, in cujus fidem me subscripsi & subsignari jussi, salvo, &c. Thadæus Corsectus *U. J. D. Collegiatus Perusinus Advocatus Pauperum & in almo Patrio Gymnasio*

nasio primam sedem juris Canonici vespertinis horis regens.

Locus Sigilli.

Quæ supra per Excellentissimum Dominum de Rusticis omni virtutum genere refertissimum elegantissimè conscripta fuerunt, mihi videntur omninò juri consentanea. Et ideo requisitus de simplici subscriptione libentissimè me subscripsi ego ALEXANDER CIBO *U. J. D. Collegiatus Perusinus & a Secretis ac Consultor Augusti Perusini Senatus.*

Locus Sigilli.

Illustrem ac Celeberrimum Jurisconsultum Dominum Josephum de Rusticis Aquilanum licèt ignotum mihi de facie, fama tamen notissimum ob eximiam ejus doctrinam, & pulcherrimum ac laudatissimum ab eo editum tractatum, an filii positi in conditione censeantur vocati, magni semper feci. Nunc autem inspecto ac pro mea tenuitate diligenter considerato luculento & eruditissimo responso ab eo supra reddito, ornato illo quidem, & cum pereleganti tum copiosissimo, illius jucunda ac iterata lectione valdè sum delectatus, et ingentem Consultoris scientiam ejusque præclaram scribendi facultatem admiratus. Quo circa conclusiones ab eo optimè firmatas, & ab Excellentissimis Dominis Subscribentibus confirmatas secundum ea quæ proponuntur, juri consonas puto. Cumque nullus mihi sit relictus addendi locus, idcirco de simplici requisitus subscriptione libentissimè me subscripsi, & subsignari jussi. Salvo tamen, &c.

RUBINUS MONTEMELINUS *U. J. C. Collegiatus Perusinus & in patrio gymnasio vespertinus Jurisciviliis interpres ordinarius.* Locus Sigilli.

Quæ

Quæ doctè & copiosè per Illustrem ac Eximium Dominum de Rusticis juribus & rationibus conclusiones firmatæ sunt, easdem juri consonas esse censeo.

HORATIUS SALVIUS *U. J. D. & in patrio Perusino gymnasio Ordinarius de mane in prima sede interpres.*

Locus Sigilli.

Scripta per Excellentissimum D. Josephum de Rusticis juri consona esse existimo, tum propter ipsius probitatem & Excellentiam, tum etiam propter leges, rationes & authoritates quibus suam sententiam probavit. Et de simplici subscriptione requisitus libentissimè subscripsi, & solito sigillo signavi.

Ego DIONYSIUS CRISPOLTUS *Perusinus in Patrio Gymnasio ordinarius Juriscivilis matutinus Interpres.*

Locus Sigilli.

Etsi me multum moveat authoritas Eminentissimi D. Consulentis & Clarissimorum Dominorum subscribentium, magis tamen movent jura, rationes & authoritates summo studio ac miro ordine congestæ per eundem Insignem D. Consulentem, cujus famæ perpetuus custos erit egregius ac omnibus numeris obsolutus tractatus ab eo jam editus. Quo circa luculentum & elegans responsum ab eodem supra redditum in omnibus juri consonum esse censeo, & de simplici subscriptione requisitus, secundum ea quæ proponuntur, me libentissimè subscripsi, meoque sigillo signavi. Salvo &c. Ego CÆSAR GHERARDUS *U. J. D. Perusinus & in patrio Gymnasio ordinarius Juriscivilis vespertinis horis Interpres.*

Locus Sigilli.

Jose-

Josephi de Rusticis hominis gravissimi & de universa Jurisprudentia optimè meriti, hoc publicum pro justitia testimonium ab eo plenissimè & disertissimè de more redditum, ut laudo, & verissimum esse censeo, ita gaudeo dari mihi occasionem, qualis qualis ego sim, eidem subscribendi, ac pro mea tenuitate confirmandi, quod subscriptione vel confirmatione non eget. Quod ut libentissimè facerem, sola tanti viri ductus auctoritate, eo tamen libentius in ejus sententiam descendo, quòd singula quæ ab eo dicuntur, secundum propositam hypothesim, juri & æquitati consona esse non dubitem; subscripsi igitur, & subscriptionem sigillo meo signandam curavi.

Ita est. Ego JOANNES BAPTISTA DE NINIS *Jurisconsultus Perusinus, in eodemque Perusino Gymnasio Juriscivilis ordinarius Interpræs horis ante meridianis.*

Locus sigilli.

Subscriptiones prædictæ, licet aliena manu scriptæ sint, extractæ tamen fuerunt a suis propriis originalibus subscriptionibus, quarum una quæque sigilli sui appensione & impressione munita conspicitur penes consilium originale supra mentionatum ostensum mihi Notario infrascripto, & Inclyto ac clarissimo Magistratui vetustissimæ ac nobilissimæ Urbis Aquilæ restitutum. In quorum fidem Ego Notarius *Marcus Antonius Celius* de Aquila requisitus præsentem fidem feci & meo solito signo signavi.

Locus Sigilli.

Camerarius & Magistratus Civitatis Aquilæ &c.

Universis & singulis præsentium seriem inspecturis, fidem facimus & testamur retroscriptum *Marcum Antonium Celium* civem nostrum prædicta testantem, fuisse & esse publicum, legalem, authenticum, ac Regia auctoritate Notarium, virum probum & fide dignum, suisque scripturis publicis adhiberi plenam & indubitatam fidem in judicio & extra. In quorum testimonium has præsentes fieri jussimus nostri soliti sigilli publici impressione munitas. Datum Aquilæ die 18. mensis Martii 1620.

Joannes Vincentius Paparifcus Cancellarius.

